

ALLEGORIÆ  
SS: PATRVM,  
Ordine Alphabetico,  
In Gratiam Concionatorum  
Collectæ,  
*Per*  
JOANNEM LUDOVICUM  
Schönleben/  
SS. Theologiæ Doctorem, Protono-  
tarium Apostolicum.



SALISBURGI,

Sumptibus & Typis JOAN. BAPTISTÆ  
MAYR, Typographi Aulico-Accademici.  
Anno M. DC. LXXXII.

*Reverendissimo , Nobili , &  
Amplissimo*

DOMINO, DOMINO

**EDMVNDO**

*Antiquissimi & Celeberrimi  
Monasterij*

**OSSIACENSIS**

Ordinis S. Benedicti in su-  
periore Carinthia

**ABBATI &c.**

*Domino suo perquam Gratiofo.*



*Reverendissime ac Amplissime*  
*Domine Domine*  
*Præsul,*

**T**Enue & exiguum  
munus ad Aras Tuas  
defero, atque animi  
gaudia testor, cum Te con-  
cordi voto ad Infulam pro-  
motum esse cernam, & in  
Monasterij caput electum. Sic  
mitis fuasit indoles, sic grata  
omnibus humanitas, & eximia  
doctrina, ut pluribus prodes-  
ses, atq; scientiæ non solum ra-  
dios, quod olim egregiè præ-  
stitisti, verum etiam cætera-  
( rum

rum virtutum latius diffunderes, ac exemplo præfulgeres. Ex umbrâ in lucem prodire debuit solers prudentia, & benevolus mentis candor. Cui enim usui, si abscondatur, in tenebris delitescat? Modestia privatos inter parietes se quidem continere volebat, ad honoris fastigium ingentia merita evexerunt. Pulchro facinore, cum Themis imperet, ut dignum caput mitra tegat. Gratulatur sibi Cœnobium, dum Te præesse videt, atque Antecessorum virtutes redivivas miratur: charitatem præcipuè,

puè, quâ omnes unicè foves,  
ac ardens complecteris. Plu-  
ra non addo, ne fastidio sim  
atque oneri suas laudes audire  
detrectanti. Deus Opt. Max.  
Reverendissimam ac Amplif-  
simam Dominationem Tuam  
diutissimè servet incolumem,  
protegat, ac defendat. Sic  
vovet Salisburgi VIII. Cal.  
Novemb. M. DC. LXXXII.

*Reverendissimæ ac Amplif-  
simæ Dominationis Tuae*

Servus omni obsequiorum ge-  
nere devinctissimus

Joan. Bapt. Mayr.

COMITIA OSSIA CENSIA

QVIBVS

*Reverendissimus, Nobilis &  
Amplissimus*

DOMINVS DOMINVS

EDMUNDVS

Antiquissimi & Celeberrimi  
Monasterij Ossiacensis Ordinis  
Sancti Benedicti in superiore  
Carinthia

ELECTVS ABBAS

Felici ex Urna prodiit Calendis  
Septemb. Anni M. DC. LXXXII.

*Eidem*

Cum solemniter ritu inauguraretur ad  
S. Andream, in Valle Lavantina,

*Humillimè representata 4. Octobr.*

Obtulit gratulabundus

CONVENTVS OSSIA CENSIS.



**V**iderat ingenti jam dudum pondere fessum  
**CHRISTOPHORVM** Altironans, tan-  
 tisque laboribus actis,

Imbelles motare humeros, cum corpore vires  
 Defluere, imminui sensus, avidumque quietis  
 Elyfiz, placidum lethi deposcere somnum,  
 Ergo Atlantiadem celer advocat. Adfuit ille  
 Præpetibus plantis, sumpto & gestamine virgæ  
 Constitit ante Jovem: quas me rurlum, inquit,  
 in oras

Ablegas, genitor? terras volitabo per omnes,  
 Si terras petere, æquoreos intrabo recessus,  
 Si Pelagus penetrare jubes. Cui Juppiter infit:  
 Nec terras, volo, guate, petas, nec flumina,  
 restat

Tertius Imperio locus. Hic qua cernis amænum  
 Carnorum fluitare lacum (dedit **OZIVS** illi  
 Nomina, de prisco notus Comes **OZIVS** ævo)  
 Præsul agit, multo memorandus nomine Præ-  
 sul,

Virtutum claris meritis, & fortibus ausis.  
 Ille gravis senio, curisque ingentibus æger.  
 Jamjam animam lassatus agit, Cælumque subire  
 Gestit, & ipse brevi stellanti arsurus Olympo.

Quam-

Quamprimum ergò leves Libitina exolverit  
artus

CHRISTOPHORI, Cæloque recens efful-  
serit Astrum,

Vade, age, nate, lacum ( quo non mihi san-  
ctior ipse,

Per quem juro, Stygem ) properè & velocibus  
alis

Vectus adi; Comites pax & concordia tecum.  
Fac glomerent gressus, paribus per inania pennis.

Mox ubi constiteris sacratæ Valle palludis,  
Templa subi vicina, polum quæ vertice tan-

gunt,  
Relligione Patrum mille intemerata per annos.

Hic tristes natos fufos Altaria circum,  
Et multo amissum revocantes carmine Patrem.

Solare, ac viduis sponde nova gaudia templis,  
Inspira ex hoc jam Phæbi surgentis amorem

Pectoribus cupidis, discântque abolere caden-  
tem

Paulatim, atque novo vultus obvertere soli.  
Antè rament geminas urbes, quas alluit Ister,

Quâsque Juvavus, adi, SALIS altera nomine  
gaudet,

Alterâ Cæsareis spectata VIENNA triumphis.  
( Absque his quippe nefas nova sceptrâ, mi-

ttasque referre )  
Dic, Oratores, quibus hæc Comitâ curæ,  
Actutum properent, atque suffragia mittant.

Felices, quibus una dabit, quibus una voluntas,



Quod rapuit mors atra, pium justúmque Paren-  
tem!

Dixerat. Interea supremæ tangitur umbrae  
Linea Christophoro; placidâ qui morte solutus,  
Implet fata, novo succendens sidere cælum,  
Nunc quóque gentilis media inter cornua cervi  
Resplendens, & adhuc patriæ sua lumina præ-  
bens.

Devolat extemplò in terras Cyllenius Ales,  
Turrítamque petit virgâ moderante Viennam.  
Hic primum exponit stupefactæ Cæsaris aulae  
Tristia fata senis, mandatâque Patris adurget,  
Pastorem accelerare novum, ne damna peña-  
res

Antiqui, viduæque ferant dispendia mandræ:  
Aulam sic mæstos augustam poscere natos;  
Sic divi, sic jura volunt, sic jussa Tonantis.  
Hæc ubi: Danubio adverso secat aëra prono  
Remigio alarum, donec permenus aquosi  
Salzburgi rupes, summâ stetit arce Juvavi.  
Illic factorum, celans sua Numina, Regem  
Supplicibus votis petit, Oziadúmque perorat,  
Quâ potuit, causam; & quamquam occulta-  
verat ora,

Numen erat verbis, manifestus & agnitus Her-  
mes.

Ergò, suis potitur facilis facundia votis,  
Admissæque preces, dicta est lux fausta, le-  
gendo

Septembres alio pro Successore Calendæ.

Jamque dies aderat, niveo quam nomine  
signat

Ægidius, Præsul quondam, venientis & omen  
Præfulis; Augusto veniunt hinc Cæsare missi,  
Inde Oratores factorum ab Rege petiti.

Atque alij proceres, quas fama exciverat, aut  
quos


Electo Domino gratandi advexerat ardor,  
Ipsa loci facies, posito squallore, nigrisque  
Sordibus absterfis, mutatur, & omnia læta  
Concipit, auspiciis tantis gavisa Deorum.

Ergo ubi thure dato Dii sunt in vota vocati.  
Paxque pios fratrum (jussu Jovis adfuit illa,  
Majugenam comitata Deum) repleverat ætus,  
In penetrabile omnes de more, sacrumque sena-  
rum

Conveniunt. Ollis Orator maximus infit:  
Religiosa cohors, venit lux dia, parentem  
Quæ vobis referet post tristia funera, lætis  
Tantum animis, agite, ac votis concordibus  
ipfi

Hunc legite, exiguas auget concordia vires,  
Dispergit magnas discordia, macrè tabellas  
Ferre boni; antistes, qui dignior, exeat unâ  
Fatali, capiatque pedum. Nec plura locutus,  
Dividit æquatas sortes partitus in omnes.  
Haud mora, dimittunt Cælesti Numinae pleni,  
Auratum in calicem charum, quod quisque vo-  
lebat

In se se dominari, ac frena capessere, nomen.



Quæ postquam evoluit dubiæ facer arbiter  
urnæ ,

Ordine deinde aliis ( neu fraus foret ulla, do-  
llve

Suspicio ) tradit ritè & communicat acta.  
Plerisque in tabulis ( fausto micat omine lævum )

EDMUNDVS legitur , conclamant illicò ,  
*Vivat*

EDMUNDVS , Longòsque regat feliciter  
annos

Oziades , Pyliòsque dies & Nestora Vincat ,  
Tam charus superis , prudens , bonus , æquus ,  
amànisque

Justitiæ , sapiens , humilis , doctùsque regendi.  
Adsunt extemplò , celeri quos ore citàrat

Missus Atlantiades , læto cum murmure Nati.  
Hi circumfusi collo gremiòque frequentes

Omnia fausta novo gratantes vota Parenti  
Reddunt . ac manibus venerandis oscula libant.

Nec mora , pulsa sonant celsis in turribus æra ,  
Tympana mista fremunt lituis , Cælúmque tu-  
multu

Miscetur , rauco tormenta curulia bombo  
Dum reboant , spisso rapièntes æthera fumo.

Parte alià , electi nomen dum fama per auras  
Differt , testantur parili sua gaudia plausu

Et plebs & procères , mixtus cum cive colonus  
Cerratim , & quisquis peregrinas liquerat oras

Advena , seu patriis vetus incola federat arvis ,  
Nec non Sylvicolas Faunos vitidèsque Napæas

Festi-

Festivos celebrâsse choros in montibus altis,  
 Ast Dyrades agitâsse ferunt in vallibus imis,  
 Inprimis vitreo salientes gurgite Nymphæ  
 Diffuso plausere lætu, totidémque volebant  
 Ire dies lxtos, totidem sine nubibus annos  
 EDMUNDO, liquido nabant quot in æ-  
 quore fluctus.

Fas nulli turbare diem, aut corrumpere luctu,  
 Tristibus aut lacrymis solemnes mergere lu-  
 dos.

Interea jam summa tenet Tegeaticus astra,  
 Exponitque Jovi seriem, ac memoranda dici  
 Illius acta, suo confirmet ut omnia nutu,  
 Supremúmque MITRÆ merito concedat  
 honorem,

Magnâ voce rogans. Risit Pater, atque ve-  
 rendo

Vertice concusso: justis, ait, annuo votis;  
 I modò, quâ curvo circumdat littore vallem  
 Subjectam, noménaque suum dat habere  
 LAVANTVS;

Magnus ibi Præsul, Francorum sanguine  
 cretus

( Trina micat cujus radiantibus *Anchora*  
 signis )

Extremum, jubeas, EDMUNDO im-  
 ponat honorem,

Incurvum manibus LITVVM, capitique  
 CORONAM

Aptet, & ardenti digitos accendat in auro.  
 Vix ea, cum tonitru Polus immugire secundo  
 Auditus, claroque oculos fulgore lacellens,  
 Dicta probare Jovis visus, manifesta futuri  
 Signa dedit, fausto firmavit & omnia plausu.





*Licentia*

Reverendissimi Metropoli-  
tici Consistorij Salis-  
burgensis &c.

*Imprimatur.*

Sebastianns Mayr, SS. Theologiæ  
& SS. Canonum Doctor,  
Celsissimi Principis ac Re-  
verendissimi Archiepiscopi  
Salisburgensis, Consilia-  
rius Consistorialis. B. M. V.  
ad Nives Canonicus.

# *Elenchus Allegoriarum.*

|              |        |                |             |
|--------------|--------|----------------|-------------|
| Ædificium.   | fol. 1 | Arma.          | fol. 13     |
| Æs.          | 2      | Arbor.         | ibid.       |
| Æstas.       | ibid.  | Armatura.      | ibid.       |
| Adamas.      | ibid.  | Arca.          | 14          |
| Ager.        | 3      | Arundo.        | ibid.       |
| Agricola.    | ibid.  | Athletæ.       | ibid.       |
| Agricultura. | 4      | Aurum, Aurira- |             |
| Anatomia.    | ibid.  | menta.         | 16          |
| Ancilla.     | ibid.  | Aures.         | 17          |
| Annulus.     | ibid.  | Auriga.        | 18          |
| Angeli.      | ibid.  | Baculus.       | 19          |
| Anima Animæ. | 7      | Basis.         | 20          |
| Antidotum.   | 8      | Beliua.        | ibid.       |
| Appendix.    | ibid.  | Bellum.        | ibid.       |
| Apis.        | ibid.  | Eos.           | ibid.       |
| Aquila.      | 9      | Brachium.      | 21          |
| Ara.         | ibid.  | Butyrum.       | ibid.       |
| Aratrum.     | ibid.  | Candelabrum.   | ib.         |
| Aries.       | 10     | Canes.         | 22          |
| Arx.         | 11     | Carcer.        | ibid.       |
| Araneæ tela. | ibid.  | Castrum.       | <i>Vide</i> |
| Argentum.    | 12     |                | <i>Arx.</i> |
|              |        |                | <i>Ca.</i>  |

|                         |              |    |                     |              |      |
|-------------------------|--------------|----|---------------------|--------------|------|
| Capilli.                | <i>fol.</i>  | 24 | Corona.             | <i>fol.</i>  | 38   |
| Catena.                 | <i>ibid.</i> |    | Cor.                | <i>ibid.</i> |      |
| Castra.                 |              | 25 | Crater.             |              | 41   |
| Capra.                  | <i>ibid.</i> |    | Cucullus.           | <i>ibid.</i> |      |
| Carbo.                  | <i>ibid.</i> |    | Culter.             | <i>ibid.</i> |      |
| Capillus.               |              | 26 | Currus.             | <i>ibid.</i> |      |
| Cera.                   | <i>ibid.</i> |    | Cursus <i>quid.</i> | <i>ibid.</i> |      |
| Charybdis.              |              | 27 | Custos.             |              | 43   |
| Choreæ.                 | <i>ibid.</i> |    | Cytharista.         | <i>ibid.</i> |      |
| Cherubim.               |              | 29 | Desertum.           |              | 44   |
| Circulus.               | <i>ibid.</i> |    | Dispensator.        | <i>ibid.</i> |      |
| Civitas.                |              | 33 | Disciplina.         | <i>ibid.</i> |      |
| Cibus.                  | <i>ibid.</i> |    | Dives, divitiæ.     | <i>ib.</i>   |      |
| Cithara.                | <i>ibid.</i> |    | Draco.              |              | 46   |
| Cloaca.                 |              | 34 | Dux.                |              | 47   |
| Columna.                | <i>ibid.</i> |    | Eclipsis.           | <i>ibid.</i> |      |
| Columba.                | <i>ibid.</i> |    | Equuleus.           |              | 48   |
| Color.                  |              | 35 | Equuleus.           |              | 49   |
| Collyrium.              | <i>ibid.</i> |    | Esca.               | <i>ibid.</i> |      |
| Comes <i>itinervis.</i> | <i>ib.</i>   |    | Exilium.            | <i>ibid.</i> |      |
| Compedes.               | <i>ibid.</i> |    | Fama bona.          |              | 50   |
| Consecratio.            |              | 36 | Fæx.                | <i>ibid.</i> |      |
| Conturbatio.            | <i>ib.</i>   |    | Falx.               | <i>ibid.</i> |      |
| Condimentum.            | <i>ib.</i>   |    | Fera.               | <i>ibid.</i> |      |
| Cœli <i>notio.</i>      | <i>ibid.</i> |    | Festum.             |              | 51   |
|                         |              |    |                     |              | Fer- |



|              |         |                             |         |
|--------------|---------|-----------------------------|---------|
| Ferrum.      | fol. 51 | Herbæ.                      | fol. 65 |
| Fenestra     | 52      | Honor.                      | ibid.   |
| Filii.       | ibid.   | Hyems.                      | 66      |
| Fimbria.     | ibid.   | Hydra.                      | ibid.   |
| Firmamentum. | ib.     | Hydropicus.                 | ibid.   |
| Flamma.      | 53      | Idolum.                     | ibid.   |
| Flos.        | ibid.   | Ignis.                      | 67      |
| Fluvius.     | 56      | Imaginaria.                 | 68      |
| Fossa.       | ibid.   | Imago.                      | 69      |
| Fornax.      | 57      | Imber.                      | 70      |
| Fœtus.       | ibid.   | Insulæ.                     | ibid.   |
| Frixorium    | 58      | Insanus. v. <i>stultus.</i> |         |
| Furiæ.       | ibid.   | Infernus.                   | ibid.   |
| Fungus.      | ibid.   | Ineus.                      | 71      |
| Funus.       | ibid.   | Innocentia.                 | ibid.   |
| Fundamentum. | 59      | Inaures.                    | 72      |
| Fulgur.      | 60      | Infirmitas.                 | ibid.   |
| Fumus.       | ibid.   | Laquearia.                  | 73      |
| Funes.       | ibid.   | Laqueus.                    | 74      |
| Gemma.       | 61      | Labor.                      | 76      |
| Gigantes.    | 62      | Labyrinthus.                | ibid.   |
| Gladius.     | ibid.   | Lampades.                   | ibid.   |
| Gloria.      | ibid.   | Legatus.                    | 77      |
| Grammatica.  | 64      | Lilium.                     | ibid.   |
| Hamus.       | ibid.   | Lima.                       | ibid.   |
|              |         |                             | Liber.  |

|             |         |             |          |
|-------------|---------|-------------|----------|
| Liber.      | fol. 78 | Musicus.    | fol. 100 |
| Locus quid. | ibid.   | Murus.      | ibid.    |
| Lorica.     | 80      | Musica.     | 101      |
| Lucerna.    | 81      | Nauclerus.  | 102      |
| Lucta.      | 82      | Navis.      | ibid.    |
| Lumen.      | 83      | Nihilum.    | ibid.    |
| Luna.       | ibid.   | Nidus.      | ibid.    |
| Manus.      | 85      | Nox.        | 103      |
| Martyr.     | 87      | Novacula.   | ibid.    |
| Malleus.    | 92      | Nubes.      | ibid.    |
| Margarita.  | ibid.   | Nutrix.     | 104      |
| Machina.    | ibid.   | Numisma.    | ibid.    |
| Magnes.     | ibid.   | Nux.        | 105      |
| Mammilla.   | 93      | Oculi.      | 106      |
| Meretrix.   | ibid.   | Odor.       | 107      |
| Medicina.   | 94      | Oleum.      | ibid.    |
| Metropolis. | 96      | Onus.       | 110      |
| Mensura.    | ibid.   | Orphanus.   | ibid.    |
| Medicus.    | ibid.   | Ornamentum. | ib.      |
| Militia.    | 97      | Organum.    | ibid.    |
| Moneta.     | ibid.   | Ossa.       | 111      |
| Monile.     | 98      | Ostium.     | ibid.    |
| Mola.       | ibid.   | Pax.        | ibid.    |
| Morbus.     | ibid.   | Pavo.       | ibid.    |
| Morsus.     | 99      | Paradisus.  | 112      |

|                |       |               |       |
|----------------|-------|---------------|-------|
| Pædagogus.     | ib.   | Purpura.      | ibid. |
| Pavimentum.    | ib.   | Pulvinar.     | ibid. |
| Pater.         | ibid. | Pulvis.       | 121   |
| Palatium.      | 113   | Pullus.       | ibid. |
| Palæstra.      | ibid. | Pupilla.      | ibid. |
| Palea.         | 114   | Quadriga.     | 122   |
| Pecunia.       | ibid. | Quadragesima. | ib.   |
| Pelagus.       | ibid. | Retia.        | 123   |
| Penna.         | ibid. | Rex.          | ibid. |
| Phantasma.     | 115   | Rifus.        | 125   |
| Piscis.        | ibid. | Rosa.         | ibid. |
| Pictor.        | ibid. | Ros.          | 128   |
| Planta.        | 116   | Rota.         | ibid. |
| Pluvia.        | ibid. | Robur.        | 129   |
| Placenta.      | ibid. | Sarcina.      | ib d. |
| Plectrum.      | 117   | Sanguis.      | ibid. |
| Portus.        | ibid. | Saccharum.    | 130   |
| Po ta.         | ibid. | Sabbathum.    | ibid. |
| Poculum.       | 119   | Saccus.       | 131   |
| Pondus.        | ibid. | Sagittæ.      | ibid. |
| Pœna.          | ibid. | Sal.          | 132   |
| Primitiæ.      | ibid. | Scena.        | ibid. |
| Propugnaculum. | 120   | Sedes.        | 136   |
| Præstigium.    | ibid. | Semen.        | ibid. |
|                |       | Sepes.        | ibid. |
|                |       |               | Ser-  |

|              |       |             |       |
|--------------|-------|-------------|-------|
| Servitus,    | ibid. | Timor.      | ibid. |
| Simia.       | 137   | Tormenta,   | 153   |
| Signum.      | ibid. | Trapeziter. | ibid. |
| Sigillum.    | 138   | Trophæum,   | ibid. |
| Silentium.   | ibid. | Tribunal,   | 154   |
| Sol.         | 141   | Tritura.    | ibid. |
| Somnus.      | 142   | Tunica.     | ibid. |
| Somnia.      | 143   | Turris,     | ibid. |
| Spongia.     | 144   | Tuba.       | 156   |
| Spectaculum. | 145   | Tyrannus.   | ibid. |
| Spolia.      | ibid. | Tympanum.   | 157   |
| Spica.       | ibid. | Vas.        | ibid. |
| Sphæra.      | 146   | Venatio.    | ibid. |
| Stultus.     | ibid. | Vehiculum   | vir-  |
| Stadium.     | 148   | tutum,      | 158   |
| Stratum.     | ibid. | Venenum.    | ibid. |
| Suffocatio.  | ibid. | Veſtes.     | 159   |
| Supplicium.  | 149   | Vestis.     | ibid. |
| Sylva.       | ibid. | Vexillum,   | 163   |
| Templum.     | ibid. | Via.        | ibid. |
| Testes.      | 150   | Vita.       | 166   |
| Tectum.      | ibid. | Viaticum.   | ibid. |
| Thymiama.    | ibid. | Victima.    | 167   |
| Theſaurum.   | ibid. | Villicus.   | ibid. |
| Thronus.     | 152   | Vincula,    | ibid. |
|              |       | Victo-      |       |

|             |       |            |       |
|-------------|-------|------------|-------|
| Victoria.   | ibid. | Umbra.     | ibid. |
| Vivarium.   | ibid. | Unguentum. | 170   |
| Vox.        | ibid. | Unctio.    | ibid. |
| Vulnus.     | ibid. | Zodiacus.  | 171   |
| Umbraculum. | 169   |            |       |





A.

*Ædificium.*

V.



*Ædificium est vita hominis Christiani.* Dionys. Carthuf. serm. 5. de S. Thoma Apostolo. In summi Regis palatio, & spirituali ædificio necesse est firmum ac profundum fundamentum locare, quod est fides: aut certè timor Dei, sive humilitas. Patientia autem est pavimentum: quatuor verò parietes sunt virtutes quatuor Cardinales: Caritas demùm est turris: tectum quoque est spes: ostium autem prudentia: fenestræ sapientia & scientia; reparatio pœnitentia, &c.

S. August. in Ps. 121. Corpora ædificaverunt istam structuram, quam videtis amplam surrexisse huius Basilicæ: & quia corpora ædificaverunt, fundamentum in imo posuerunt. Quia verò spiritualiter ædificamur, fundamentum nostrum in summo positum est, &c.

A

2. *Ædi-*

2. *Ædificium est anima.* S. Isidor, Pelusio lib. 2. Ep. 156. Te quidem splendidam domum atque omni admiratione sublimiorem extruxisse aiunt: at interim animam tanquam vilissimum aliquid, ac nullius pretii neglexisse. Hæc igitur scito, te haud probum consilium inire: nam domus quidem tua in posterum quoque avaritiam tuam etiam tacens prædicabit: at anima horridos cruciatus sustinebit.

*Æs.*

1. *Æs est homo dura cervicis, &c.* vide *Porta* II, 3.

*Æstas.*

1. *Æstas est vita senectus.* Greg. Nicænus orat. de baptismo: Caput jam canescit; propè est æstas vitæ: in nos fortè falx acuitur, & timeo, ne nobis dormientibus, & in una spe occupatis, repente accedat messor terribilis, &c.

*Adamas.*

2. *Adamas est Christus in præsepio.* B. Albertus serm. 5. de Nativ. Jacet Deus in præsepio, quasi quidam adamas trahens ad se per charitatem jumenta, pastores, & Reges, &c. hæc ille: O! fidelis non es, qui hunc non adamas.

2. *Adamas est, qui Deum non adamas.* Novarinus ita ludit lib. 11, d. 7.

Te qui fecit, amat, donis & prodit  
amorem :

Et tu si quoque eum non adamas,  
Adamas.

*Ager.*

1. **A**ger est anima. Pet. Damia. Opusc.  
15. c. 27. Sic igitur ager aræ tuæ  
virtutum segetibus floreat, ut ædificet, &c.

2. *Ager est conscientia.* Pet. Blessensis  
Ep. 3. Excole conscientiam tuam, hic est e-  
nim ager, cui benedixit Dominus, de quo  
scriptum est: Pulchritudo agri mecum est.  
Planta igitur & semina ibi semen virtutum,  
unde fructus vitæ, & odor sanctæ opinio-  
nis erumpat, &c.

3. Ager usurarij est charta, v. *Agricola* n. 2.

4. *Ager est jejunium.* Pet. Chrysol. ser.  
42. Est ager cultus sine semine, sine mise-  
ratione jejunium, &c.

*Agricola.*

1. **A**gricola est Christus. B. Laur. Justin.  
in Fasciculo Amoris cap. 15. Venit  
Dei Filius tanquam agricola doctissimus,  
atque verbis, miraculis, & exemplis in agro  
præsentis seculi fidei semina jactavit, ut  
fructificarent justitiæ germen.

2. *Agricola est usurarius.* Greg. Nicænus  
orat. contra usur. Vult omnia sibi sine saturo,  
& inarata progigni, cui quidem aratrum est  
calamus, ager charta, semen atramentum;



4 *Allegoria SS. Patrum.*

pluvia tempus, quod illi pecuniæ fœnus occultis incrementis adauget, & educat; falx illi est repetitio, area domus, in qua miserorum fortunas ventilat.

*Agricultura.*

1. **A**gricultura est anima cultus. S. Basil. hom. 2. in Hex. Nemo de homine in vitio constituto desperare velit, haud nescius agriculturâ stirpium qualitatem mutare, curam autem ac studium in consequendis virtutibus animi omnes vincere morbos superareque posse.

*Anatomia.*

1. **A**natomia rerum est consideratio earum. vide Medicus n. 1.

*Ancilla.*

1. **A**ncilla mentis est doctrina. Plutarch. lib. de educatio. Mens doctrinæ Domina: doctrina verò ancilla mentis, &c.

*Annulus.*

1. **A**nnulus est Christus. Albertus M. serm. 13. de Epiph. Ille Paterfamilias, ad quem Prodigus filius reversus fuit, iussit dari annulum in manum eius. JESUS igitur annulus est penitentium, quia certificat eos de gratia Patris, &c.

*Angeli.*

1. **A**ngeli sunt fideles. Theodoretus in cap. 40. Isai. apud Castro. Fidelibus inge-

ingenerabit Deus alas, & similes efficiet cœlestibus Potestatibus, Angelis, & Archangelis, quibus alas dat scriptura sacra, &c.

2. *Angeli sunt Pontifices.* Anastas. in vita S. Adriani Papæ: Hic coangelicus vir Et post multa. Prospiciens præcipuus & coangelicus Præsul. In vita Paschalis PP. Hic sanctissimus & coangelicus Præsul obtulit in Ecclesiam, &c. sæpius alibi.

3. *Angeli sunt sancti homines.* Navar. Sched. 1. 2. c. 24. sanctos homines Angelos vocari, & notum & observatum est, &c.

4. *Angelus est Dei sermo.* S. Cyrill Alex in Oseam: consueverunt quippe SS. Prophetæ, Dei sermonem appellare Angelum, utpote annuntiantem ipsis, & manifestantem voluntatem Dei Patris, &c. Sic etiam explicat illud Zachariæ: Respondet Angelus, qui loquebatur in me, id est, sermo Dei loquens in me, &c.

5. *Angeli sunt Doctores,* &c. S. Aug. ser. 79. de Temp. agens de scala Jacob, ait: Angeli ascendentes, & descendentes per eam. Apostoli, & Apostolici viri, & omnes Doctores Ecclesiarum intelliguntur: ascendentes, quando perfectis perfecta prædicant: descendentes, quando parvulis & imperitis, simplicia, quæ intelligere possunt, insinuant, &c.

6. *Angeli sunt Virgines.* S. Cyprianus de bono pudicitiae. Virginitas æquat se Angelis: si verò exquiramus, etiam excedit, dum in carne luctata victoriam etiam contra naturam refert, quam non habent Angeli, &c.

Petrus Blessensis serm. 38. voluit conditor Deus ut 10 ordines ex hominibus pari numero responderent 10. Angelorum ordinibus, quod adstruit Gregorius ex illa auctoritate: constituit numerum populorum, juxta numerum Angelorum Dei: frustra enim videretur facta pars quæ corrumpitur, nisi quandoque repararetur. Hoc supplementum Angelicæ ruinæ ex solis virginibus fieri verisimile est, cum alii tantâ non accedant ad Angelos affinitate: imò teste Veritate, commissura novi panni non congruè assuitur panno veteri, sicut à contrario commissura veteris non benè assuetur novo; & sic vetustas carnis corruptæ minus decenter sociaretur Angelorum puritati. Primariò sufficere potest ad eius assertionem illud: neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in cælo. Et hæc est singularis sublimitas virginum, quòd ad puritatem transeunt Angelorum, &c.

7. *Angelus est qui jejunit.* S. Chrysost. serm. 1. de jejunio. Non es homo, sed ferme Angelus; quia ferme Angelus est jejunans, & agens festum Domini, &c.

*Anima Animæ.*

1. **D**Eum ita appellabant Hebræi. hinc Rabbi Salomon alloquens Deum ait: Tu es anima animæ. apud Novar. in sched. l. r. c. 7.

2. *Anima est argentum.* Antiph. apud Stobæum de laude divitiarum serm. 91. Argentum hominibus sanguis & anima est. Id quisquis non habet, neque possidet, ille inter vivos mortuus obambulat. &c.

Pindarus in eandem sententiam in Isthmicis hymno 2. vita pecunia est, &c. Hesiodus in Elegis: vicem animæ miseris mortalibus pecuniæ præstant, &c. S. Maximus homilia de Juda tradit. v. vita. n. 1. S. Petrus Chrysologus serm. 22. Homo mitte, & præmiete thesaurum tuum in cælos, ne cælestem animam demergas in terram. Aurum de profundo terræ, anima ab excelsis cæli. melius proinde est, ad sedem animæ deferri aurum, quàm in sepulchro auri anima demergatur, &c.

S. Ambros. c. 5. de bono mortis: Non auro redimitur anima, non argento: imò auro amittitur, dum aurum plus æquo amatur & quaeritur.

3. *Anima est auctoritas.* Libanius orat. 10. Ecquis nescit senatûs auctoritatem, animam civitatis esse, &c.

4. *Anima anima est Christus.* S. Petrus Chrysol. ser. 19. Quod est anima corpori, hoc est animæ Christus. Sine anima corpus non vivit: non vivit anima sine Christo. Recedente animâ, mox corpori fœtor, corruptio, putredo, vermis, cinis, horror, & omnia visu detestanda succedunt: discedente Deo, confestim venit in animam peccatorum fœtor, &c.

*Antidotum.*

1. **A**ntidotum est lex. Salvianus lib. 5. de gubern. Dei. Quid prodesse poterit antidotum, cui superfunditur venenum? Et nobis itaque est lex antidotum; sed vitiositas venenum. Sanare nos non potest legis antidotum, quos occidunt venena vitiorum, &c.

*Appendix.*

1. **A**ppendices rationis sunt leges. Philo lib. de Joseph. Oppidatim receptæ sunt appendices rationis rectæ à natura nobis infusæ. Sicut & civilis quæ auctarium est juxta naturam viventium.

*Apis.*

1. **A**pes sunt Dei servi. S. Epiphani. hætesis 80. In singulis Monasteriis, tum in Ægyptiorum regione, tum in aliis omnibus sic laborant ad justitiam, velut apes; in manibus quidem habentes ceram opificii; in ore

ore verò guttas mellis, cum propriâ hymniferâ voce uniuersorum Dominum iuxta proprium sensum laudant, &c.

2. Apum allegorias plures vide ap. Engelgt. Cæli P. 2. fol. 256, & seqq.

*Aquila.*

1. **A**quila est pauper Monachus. S. Nilus orat. 3. de avarit. Monachus pauper est, tanquam aquila in sublimi volans, quæ tunc ad escam se se demittit, cum urget necessitas. Qui talis est, omnes superat tentationes, præsentia despicit, & quæ futura sunt, animo complectitur: à terrenis recedit, & in cælestibus versatur: alas enim leues, & nullis onustas sollicitudinibus, &c.

2. *Aquila est oratio.* S. Nilus orat. 1. sobrii oratio volat ut aquila: ebriosa autem crapula gravis humi repit, &c.

*Ara.*

1. **A**ra malorum est senectus. Græcus quidam Poëta: Quædam est malorum ara senectus omnium: aded videre est cuncta ad hanc recurrere,

*Aratrum.*

1. **A**ratrum est fides. Euthymius in Ps. 28. Desertum adventu suo Christus concussit, commouens ac convertens illud ad se, & arans aratro fidei, &c.

2. *Aratrum est disciplina.* Petrus Cellens. 1. 3. Ep. 2. Terra huius carnis nisi aratro disciplinæ convulsa fuerit, quasi clausa vulva inutilis erit. At ubi fortiter concussa, vel conscissa semen Domini exercituum exceperit, germinare secundum genus suum incipiet. Denique secundò vulnerata tanquam gladio ancipiti, amore videlicet & timore, uberes fructus justitiæ feret, largissimas aquas internæ compunctionis.

3. *Aratrum usuratum est calamus.* v. *Agricola* D. 2.

### *Aries.*

1. *Aries est superbia.* vide *Arx*, n. 1.

2. *Aries est invidia.* Petrus Chrysol. ser.

4. Invidia intestinus hostis, non carnis quatit muros, sed elidit septa membrorum, sed in ipsam cordis arietat arcem, & antequam viscera sentiant, ipsam dominam corporis animam prædo capit & adducit inclusam, &c.

3. *Aries est sermo.* Nicetas Choniata de Michaële Cleoniate Archiepiscopo Atheniensi; Itaque ex urbe tanquam superiore loco, monitorum sagittas ejaculatur, & pastoralis fundâ divina verba jactat, aliquando etiam spiritualibus minis tanquam arietibus animum illius sternere instituit, &c.

4. *Aries est adversitas.* Guigo medit. 14. carcer amoris Dei prosperitas est, confringens

gens hunc aries, aduersitas, &c. addit Novarinus l. 3. sched. c. 20. Felix aries, si tam infelix carcer diruatur, &c.

*Arc.*

1. **A**rc est virtus. Nicolaus Notarius S. Bernardi Ep. 17. Nihil sic arcem virtutis arietat, & totius disciplinæ subruit fundamentum, quàm superbia; ad quam reprimendam & deprimendam totam se contulit illa Majestas, quæ nutu concutit orbem, &c.

2. *Arc est cor.* Petrus Chrysologus. vide *Aries* n. 2.

3. *Arc est jejunium* v. *Signum* n. I.

*Aranæa tela.*

1. **A**ranæa tela peccatum est. S Chrysoft. in Ps. 50. Quid est peccatum, si cum Domini benignitate confetatur? Aranæa tela. Ventus flat, & aranæa telam dirumpit, &c.

Valerius Imperat. operâ servorum decem millia pondo aranearum collegit Romæ, squalloris urbis Romanæ testimonium. O quot peccatorum animi tales Romæ!

Poëta quispiam pacem optans à D E O petit, ut aranæa telas suas armis intexant. Contrarium optandum est animabus Christianis.



2. *Aranea tela, sunt doctrina inutilis.* Euseb. in Psal. 88. Olim quidem texebant tunicam summo Sacerdoti, stolâsque sanctas: at nunc omnem doctrinæ telam contextione divinarum scripturarum, peiinde atque aranea texunt, &c.

3. *Aranea tela sunt mundi bona.* S. Greg. Nazianz. in sentent. curabis ut solas divinitatis opes tibi compares, mundumque universum aranearum telis similem semper arbitris, &c.

### *Argentum.*

1. **A**rgentum est veritas. Richard. Victor, in allegor. sup. Daniel. Argentum quò frequentiori usu atteritur, eò utiq; clarius redditur: sic veritas quò magis discutitur, eò melius commendatur.

2. *Argentum est scriptura sacra.* S. Greg. l. 18. mor. cap. 11. Argento intelligi sacri eloquii claritas solet: eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum. Et quia nonnulli eloquium Dei, non interiorius per exhibitionem, sed exteriorius per ostensionem habere concupiscunt, idcirco per Prophetam dicitur: desperierunt omnes involuti argento Sophon. 1. Hi nimirum, qui eloquio Domini non interiori refectione se replent, sed exteriori ostensione se vestiunt, &c.

Idem S. Pat. l. 23. Moral. c. 17. Quare appenditis argentum non in panibus? Isai. 55. acsi diceret: Pensatis sacra eloquia, sed non in refectioe: quia dum solum literæ speciem custoditis, de spiritali intelligentia pinguedinem internæ refectiois amitteris.

3. *Argentum est eloquentia. vide Aurum.*  
B. 4.

### Arma.

1. **A**rma sunt charitas, & benevolentia, &c. Salvianus l. 5. charitate & benevolentia septum oportet esse, non armis, &c.

### Arbor.

1. **A**rbor est S. Paulus, & alii Sancti B. Bruno de laud. Ecclesiæ c. 8. Bonæ arbores Paradisi, quæ & pulchræ sunt visu, & ad vescendum suaves. Tales arbores gignit Ecclesia, quatum pulchritudinem, & religionem nos legere, & audire delectat, quarum verbis & doctrinâ nostræ mentes nutriuntur, & reficiuntur. Talis arbor B. Paulus, qui & visu tam pulcher est, ut nihil sibi conscius sit, &c.

### Armatura.

1. **A**rmatura est virtus. Antisthenes apud Helych, de viris claris. aiebat: virtutem esse armaturam genuinam, quæ aufertur nequeat, &c.

*Arca.*

1. **A** *Rea est laus humana.* S. Bern. ser. 3. de adv. Insipiens tu, qui metces congregas in saccum pertusum : qui thesaurum tuum alieno in ore constituis, ignorans, quòd arca ista non clauditur, nec seras habet, &c.

*Arundo.*

1. **A** *Rundo est gloria seculi.* Hilar. in Matth. can. 11. In arundine homotalis ostenditur de gloria seculi vitæ suæ inanitate speciosus : ipse autem fructu veritatis vacuus, exterior placens, & nullus interior, &c.

2. *Arundo est regnum mundanum* Sedulus lib. 5. Paschalis operis cap. 11. Christus datam gestabat arundinem, mundano regno sceptrum vetè consimile, quod pro mutatione sapissimè fragile, vacuum, leve ceruitur & caducum, &c.

*Athletæ.*

1. **A** *Thletæ sunt Christiani.* S. Ambros. de Elia & jeju. cap. 11. Athletæ sumus, legitimè certandum est. Multa certamina sunt, & qui hodie victus est, cras se reparat. Ante ad bravium contenditur, postea ad coronam, &c. & post pauca : Gravis est æstus, sed dulcis victoria : molesta caligo pulveris, sed speciosa tolerantia. Ibi colligitur pulvis, ubi palma proponitur: nemo

mo etenim nitidus coronatur: pulverulentum decet victoria, &c.

Et in Ps. 118. Athleta nisi exercitio palæstræ huius fuerit assuefactus, non audebit subire certamen. Ungamus igitur oleo lectionis nostræ mentis lacertos. Sit nobis totâ die ac nocte exercitii usus in quadam cælestium scientiarum palæstra, &c.

S. Greg. Naz. orat. de pace. Videte Palæstræ leges, Athletarum certamina, qui ex eo plerumque, quod humi se deprimunt, adversariis supernè incumbentibus victoriam extorquent. Hos imitemur, &c.

S. Chrysof. ser. 12. in Ep. ad Philipp. Deorsum te certare voluit, sursum verò coronat. Non hic ubi certamen est, etiam corona illa; sed in splendido loco. Sed videtur hic etiam ex Athletis & aurigis, quos maximo afficiunt honore, non deorsum in stadio coronari; sed sursum eos vocans Rex illic coronat. Ita etiam & tu hinc in cælum specta, ubi capies palmam.

Sen. Ep. 13. Non potest Athleta magnos spiritus ad certamen adferre, qui nunquam suggillatus est, &c.

S. Paulinus Ep. 2. ad Sever. Confirmemus animam castitate, quam Apostolus docet, quam etiam carnales Athletæ diligentert tuerentur; quæ nobis impensiore studio

servanda est pro illa immarcescibili corona  
luctantibus, cum etiam pro temporali, &  
fragili corona decertantibus excolatur, &c.

S. Nilus in Patænesi: Ne accuses pau-  
peritatem, constantem enim legis Athletam  
efficit.

### *Aurum, Auriramenta.*

1. **A**uriramenta sunt sapientium dicta,  
&c. Videor equidem Platonis sen-  
tentis (ait Julianus orat. 2.) sæpè ac mo-  
lestè nimis uti; cuius ex verbis paululum  
tanquam salem, aut auriramenta quædam  
aspergimus: quorum ille ad ciborum con-  
dimentum utilis est, hæc jucundius specta-  
culum efficiunt. Utrumque porro Plato-  
nis in verbis cernitur. Nam & sensu atq;  
auditu jucundiora sunt cæteris; & ad alen-  
dos etiam cum voluptate animos, & repur-  
gandos efficacissima sunt, &c.

2. S. Paulinus Ep. 4. *Aurum forma san-  
ctorum est*, qui in capite corporis, ut lumi-  
na micant, & sunt aurum ignotum Deo;  
quia videlicet eos per examina passionum  
in mundi huius fornace conflatos invenit di-  
gnosce, & in iis sacram imaginis suæ per-  
cussit monetam, imprimens cordibus, &  
linguis eorum veritatis suæ verbum, &c. Et  
post pauca: summâ itaque ope enitamur,  
ita nos comparare, ut divini capitis crines  
& aurum esse mereamur, &c.

3. *Aurum sunt præcepta divina.* Philo lib. de Decalogo: Pro dignitate rei dicitur è flamma vox procedere. Probata sunt enim Dei præcepta, velut aurum igne examinatum, &c.

4. *Aurum est scientia.* Richard, Victor, de erud. inter hom. lib. 1. c. 38. Quàm multi gloriantur, & gloriosi in oculis hominum esse volunt; non dicam de eo, quòd virtutes vel sanctitatem habeant, sed quòd de virtutibus quidem prudenter disserere, & disertè disputare sciant. O quanto satius! ô quanto utilius tibi esset aurum scientiæ, & argentum eloquentiæ non habere, quàm inde tibi idolum facere?

### *Aures.*

I. *Aures sunt Angeli.* Philo lib. de somniis. Sunt quædam purissimæ optimæque omnium, quæ altius diviniusque sapiunt, aspernatæ ista terrestria & humilia: ministræ omnipotentis, tanquam magni Regis aures & oculi, audientes videntesque omnia. Hæc Genios Philosophi, Angelos vocans sacriæ literæ, &c.


2. *Aures fenestra sunt anima.* S Ephrem Syrus de vit. spir. Magna est auris fenestra, quippe per quam mors in mundum ingressa, cunctas devoravit gentes ac nationes, & insatiabilis adhuc remanet, &c.

Victor mortis Christus in passione sua nullum aliud miraculum operatus est, quam in curatione auriculæ Malchi; quasi idcō pateretur ut per aurem ingressum piaculum expiaret. Ut ubique (ait Novar. lib. 9. sched.) auris tanæ integræque usus necessarius sit, maximè est, cum de Christi Passione agitur: audiri perfectè debet, quod passus pro nobis Deus est, ut per aurem ad cor eat, &c.

### *Auriga.*

1. **A**uriga est Christus. Euthymius in Ps. 67. ad illa verba: Currus Dei, &c. Per currum Dei eos omnes intelligere possumus, qui fidei habenas suscepere, quiq; ad suave Christi jugum juncti sunt, ascensoremque & aurigam eum habent, &c.

Huc illud de Elia: Pater mi currus Israël & auriga eius. August. in Ps. 39. Aurigam laudas regentem 4. equos, & sine lapsu atque offensione currentes. Fortè alia miracula spiritualia non fecit Dominus. Regat luxuriam, regat ignaviam, regat injustitiam: motus ipsos, qui nimium lapsi hæc vitia faciunt, regat & subdat sibi, & teneat habenas.



## B.

*Baculus.*

1. **B**aculus est doctrina. Seneca. Doctrinam tamquam baculum infirmo corpori esse dixerim, & eundem esse finem discendi & vivendi, &c.

Huc illud, quòd Philosophorum insigne baculus. Chrysostr. hom. 17. ad pop. Ubi nunc sunt pallia gestantes, & profundam ostentantes barbam, & baculos dextrâ ferentes, externorum Philosophi? &c.

De his Lucianus Dialogo de Paradiso. Sæpenumerò vidi Philosophos, nullius periculi, ne suspicione quidem existente arcas apparantes: semper enim baculis armati incedunt; atque etiam si quando in balnea lotum abeunt, aut vocati ad prandium. Huc etiam illud de Cynici baculo, ejusdem Authoris Dialogo adversus indoctum: sed nuperimè alius quispiam Protheci Cynici Baculum, quem, cum in flammam insiluit, reliquerat, emit talento, custoditumque etiamnum inter reconditas ac caustissimas opes habet, ostentatque non secus ac Tegeatæ apri Calydonij tergus.

2. *Baculus est lex.* Ps. 12. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Chaldaeus vertit virga tua, & lex tua ipsa me consolabantur, &c.



Olim tristitiâ concepti baculo incumbabant, hinc Antiphanes : vultu tristitiam præferentes baculo incumbere, &c. non tristatur qui legi divinæ incumbit,

*Basis.*

1. **B**asis est Rex. Græcè Rex dicitur B A S I L E ũ S, quasi basis populi, ut exponit S. Gregorius, Et in Hebræis vocib. basis, columna, & Dominus ab eadem radice oriuntur, &c.

*Bellua.*

1. **B**ellua est imperium. De Tiberio Imperat. Suetonius : Principatum diu reculavit impudentissimo animo, adhortantes amicos increpans, ut ignaros, quanta bellua esset imperium, &c.

*Bellum.*

1. **B**ellum est vita Religiosa. Isid. Pelusio. lib. 1. Ep. 308 Bellum enim & existima, & crede esse, Monasticæ vitæ stadium, graviorib. ac periculosioribus, quàm sint ij gladij, qui in sensum cadunt, spiritualibus telis undique cinctum : quæ etiam ignita is vocat, qui eorum experimentum probè cognitum, & exploratum habebat, &c.

*Bos.*

1. **B**oves sunt virtutes. S. Greg. lib. 1. Mor. cap. 13. Juga bouum in usum nostræ

nostræ possessionis sunt, dum concorde virtutes exarant duritiam mentis, &c.

*Brachium.*

1. **B***rachium est qui pro alio agit.* S. Aug. To. 53. in Joannem: Homo alterum hominem per quem solet agere, quidquid agit brachium suum appellat, & si ei auferatur dolens dicit: Brachium meum perdidit, &c.

Huc illud, quod vulgò solemus dicere, hæc est mea dextra manus, de homine per quem potiora curamus, unde v. *Manus.*

2. *Brachij allegoria ap. Engelgr. P. 1. fol. 78r.*

*Butyrum.*

1. **B***utyrum Christi misericordia est.* Clem. Alex. 1. Pædag. c. 6. Multi adipe lactis, quod butyrum vocant, utuntur ad lucernam, multiplicem Verbi misericordiam per hoc ænigma significantes.

*C.**Candelabrum.*

1. **C***andelabris Apostoli signantur.* Acta B. Meinmergi habent: Iste est ornatus, quem eidem Monasterio tradidit. Corona argentea ante principale altare, continens in festis præcipuis duodecim candelabra, in honorem omnium Apostolorum.

Alia

Alia corona æquè argentea in medio Monasterij continet septuaginta duo candelabra, in honorem septuaginta duorum Discipulorum, &c.

### Canes.

1. **C**anes sunt pauperes. Paulus Cardin. Aretius à Parocho quodam suæ Diœcesis invitatus ad venationem, cum is canes & apparatus recenseret; veni, ait, in mea domo meliores canes reperies, inductoque Parocho in domum suam pauperum multitudinem ostendit: subdens: Hi sunt mei canes, istis ego venor, &c. Novar. Sched. l. 2. c. 22.

2. *Canis est Diabolus.* S. Chrysoft. hom. 7. in Epist. ad Rom. Diabolus divitibus infilii, canis exemplo offulam aut placentam de pueruli manibus auferre volentis, &c.

### Carcer.

1. **C**arcer est mundus. Chrysoft. hom. 11. in Matth. Angustia hujus mundi carceres appellantur, &c.

2. *Carer anima est corpus.* Philo lib. de agricult. Qui exercent, & tractant, quæ carni grata sunt, lutum maceratum, fictilem statuam, animæ carcerem, quem illa à nativitate ad extremum diem ceu cadaverosum onus circumferre cogitur, colunt magno studio.

Basil. hom. ad adolefc. Oportet Pythagoræ meminiffe, qui ubi didiciffet, aliquem ex familiaribus feffe, & exercitationibus, & edulijs valdè probè faginare ac carnofum reddere: Itané, inquit, non defines gravio-rem tibi ipfi carcerem parare?

Paulus ad Rom. 7. *Quis me liberabit de corpore mortis hujus.* Ad quæ verba Ambros. in Pf 118. Orat. 4. Pulchrè Apoftolus de mortis hujus corpore liberari cupit: quia carcere quodam claudimur; & in quodam luxuriæ gurguftio fiti, tenebris involuimur delictorum.

3. *Carcer sunt bona mundi.* Hugo Carenfis in cap. 2. Ecclef. Quidquid in mundo amatur, carcer animæ eft, ubi anima mifera amatoris vinculo reclusa tenetur, atque ligata, &c.

4. *Carcer eft cor voluptarij.* Marcus Eremita de lege Spir. cap. 17. Cor voluptatis amans carcer & catena eft animæ in tempore egressionis; at idem laboris ftudiofum janua eft aperta, &c.

5. *Carcer eft vita.* Antiphon. apud Stobæum fer. 98. vita fimilis eft carceri unius diei, &c.

6. *Carcer eft infernus.* Tertul. ad Mart. c. 1. Domus quidem Diaboli eft & carcer, in qua familiam fuam continet: fed vos ideò in carcerem perveniftis, ut illum etiam in domo fua conculcetis, &c.

7. *Carcer est prosperitas.* Guigo Medit. c. 14. Carcer amoris DEI prosperitas est: confringens hunc aries aduersitas, &c.

8. *Carcer est purgatorium.* Engelr. Cœli P. 2, fol. 613.

*Castrum. Vide Arx,  
Capilli.*

1. *Capilli sunt cogitationes.* Guilielmus in c. 6. Cant. Capilli tui cogitationes de arce hominis, mente nascentes sunt, sicut grex caprarum. De capris iuxta sacrae legis constitutum fiebat oblatio pro peccato: & fortè de Galaad capillos piæ matris comparat etiam simplices cogitationes eius excellenti gratia, quæ non modicas pro peccati filiorum propitiations, &c.

*Catena.*

1. *Catena sunt diuitiæ.* S. Chrysoft. Hom. in Ps. 48. Diuitiæ sunt tortore acerbiores: tortor enim corpus vincit, diuitiæ animum vinciunt: vides illum vincitum, nec illius te miseret: illum propterea odi, quòd vincitur; quòd non necessitate, sed consulto catenam attraxit, &c.

Petrus Chrysol. serm. 104. Catenæ horreorum tuorum strinxerunt fauces pauperum, vinxerunt hospitem colla, esurientium viscera contriverunt: unde pauperum te præcedunt

cedunt gemitus, & sequuntur: aecusant te hospitem luridi vultus, &c.

S. Nilus Orat. 3. de avarit. Dives ætumnis, & molestis impeditus, & canis instar catenis devinctus est, &c.

S. Chrysoft. in Epist. ad Philipp. serm. 2. Quid est quod invidias diviti, quod seipsum pluribus curis subjecit? quod difficiliorei servituti? quod sexcentis catenis, veluti canis quispiam suis pecuniis illigatus est, &c.

Salvianus 1. 2. ad Eccles. Cath. In mediocritate Dei gratia: in divitiis Diaboli catena, &c.

### *Castra.*

1. **C**astra sunt schola. Petrus Blessensis Ep. 51. Illud autem vehementissime reprehendo, quod nepotes vestros, qui se in castris scholaribus exercere debuerant, foveatis in delitiis, palpetis blanditiis, &c.

### *Capra.*

1. **C**apra est immunditia peccatorum. v. Ovis n. 1.

### *Carbo.*

1. **C**arbores sunt SS. contemplativi. S. I. Sid. Pelusio. lib. 1. Ep. 2. Carbores succensisunt ab eo, hoc est: SS. viri à Deo: quantum enim Deus noster ignis consumens est: idcirco qui per animi puritatem Deum contemplantur, carbores non abs re

appellantur, ut qui per conjunctionem Deo inflammentur, ac luminaria in unoquoque existant, &c.

2. *Carbones sunt verba sapientum.* Rabbi Eliezer: Incalesces ad ignem sapientum; sed cave, ne eorum prunæ te comburant; quia illorum morsus est morsus vulpis, & eorum ictus, ictus scorpionis est, & eorum sibilus sibilus serpentis, & omnia eorum verba sunt sicut carbones ignis, &c.

### Capillæ.

2. *Capilli sponsa sunt discipuli.* Gilb. serm. 23. in Cantica: In capillis sponsæ, qui sunt intelligendi, nisi discipuli? qui se capillonum more tractabiles, & flexibiles exhibent ad omnem nutum magistri, sicut motum ventû, &c.

### Cera.

1. *Cera est cor docile.* S. Basil. Ep. I. ad Greg. Theol. Præparatio cordis est de discere doctrinas, quæ ex prava consuetudine ipsam præoccuparunt. Neque enim in cera scribere possibile est, insitis prius characteribus non deletis. Neque animæ divina dogmata apponi, anticipationibus ipsius ex consuetudine non prius exemptis, &c.

Cavendum tamen, ne quæ inscribimus facile deleantur; huc illud Aug. in Ps. 93. Bona vita ex præceptis Dei quæ agitur, tanquam stylus est; quod auditur scribens in cor-

de, si in cera scriberetur, facile deleretur; scribite illud in cordibus vestris, moribusque vestris, & nunquam delebitur, &c.

Huc & illud Petri Blessensis serm. 49. ad Monachos. Vidistis quempiam sub dio ambulans, ceream faculam succensam in manibus ferentem: utraq; manu superposita custodit eam, ne vi ventorum extinguatur; & si quandoque aduritur, ustionem sustinet patienter. In hunc modum cor vestrum illuminatum gestatis, tanquam lucernam ardentem in manibus, ut dicatis: Anima mea in manibus meis semper, &c. v. Lucerna.

2. *Cera est humana fragilitas.* Clem. Alex. Stromatum: Agite obscuræ vitæ homines generationi foliorum similes, ceræ sîgmenta.

3. *Cera est juvenilis ætas.* Petrus Damiani opusc. 13. c. 20. Instruendi estis ð pueri, quia nunc ætas vestra cera est: & sicut teneri adhuc estis in pusillitate membrorum, ita etiam utrinque flexibiles diversitatibus morum, &c.

*Charybdis.*

1. *Charybdis est avaritia.* S. Hieron. Ep. 4. ad Rust. Noveris ubi Charybdis sit & radix omnium malorum avaritia, &c.

*Chorea.*

1. *Chorea sunt tormenta Martyrum.* S. Chrysost. To. 6. hom. de SS. Mar.



Quasi choreas ducitent ad tormenta cum voluptate petreterunt; tanquam bellatores omnem fortitudinem ac tolerantiam præstulerunt, hostesque vicerunt, &c. Ac si eorum quidam, quæ geruntur, spectes naturam; pugna & bellum, & acies sunt, quæ geruntur; sin autem eorum mentem consideres quæ fiunt, choreæ sunt, & convivia ac festivitates, & voluptas maxima, &c.

2. *Chorea sunt studia.* Philo: Qui contemplationum choreas concelebrat, & variam eruditionem sectatur, &c.

S. August. l. 3. contra Academicos: sed dum ad istarum disciplinarum, quibus excoluntur animi, circulum revocare vos cupit, &c.

3. *Chorea sunt homines.* Eusebius in illud Ps. 18. Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. Universus hominum orbis consonâ ac reciproca illorum (cælorum) choreâ plenus est.

4. *Chorea est planetarum motus.* Jul. Imp. orat. 4. Planetas circum eundem (solem) quasi Regem, velut choreas ducentes certis ab eo intervallis in orbem convenientissimè ferri, atque institutiones quasdam facere, & prorsum ac retrorsum progredi, &c. nemo est qui non intelligit, &c.

*Cherubim.*

1. **C**herubim sunt Monachi, Petrus Dam. Opusc. 28. ex decreto Bonifacii Papæ: Eorum Cherubim ordo eximius prædicatur, quorum figuram Monachorum cultus competenter habere comprobatur: nam uti Cherubim ita Monachi sex alis ve-  
lantur, duabus quidem in Cappucio, quo caput tegitur, aliis verò duabus quibus pedes teguntur; verisimilibus demonstratur assertionibus. Illud verò cucullæ quod brachiis ostenditur, alias duas alas esse dicimus, & id tandem quod dicitur sex alarum numerum certissime implere asseritur, &c.

*Circulus.*

2. **C**irculus sunt cogitationes & conceptus, S. Greg. Naz. Grat. 19. Quod in tranquillis undis evenire cernimus, ut cæna injectus lapillus centrum effecerit, alius super alium circulus exciteretur, continentèrque in superficiem agitatus externum circulum semper dissolvat; id mihi planè hic quoque accidit: aliud enim in mentem venit aliud supervenit; aliud sese subduxit, atque in delectu laboro: dum id quod prius arripui, ei quod postea in animum influit, loco cedit, &c.

2. *Circulus est divinum iudicium, &c.*  
 Author actorum S. Aygulphi: Columbus

concinnator & author cædis eius, cum eâ nocte, quæ diem martyrii eius sequitur, in lectulo se quietis causâ reposuisset, mox ei adstitit vir Dei; cui immeritò tantis affecisset malis, & innoxiorum sanguinem fudisset, cum objurgatione inquisivit, atque his dictis guttam fusi sanguinis tulit, eâque in pectore, & dorso eius circulum pinxit. Tum miser ille tremebundus corruit ad pedes eius, rogavitque invictam & solitam mansuetudinem & pietatem eius, ne ipsum tanto sceleri obnoxium divino judicio reser- varet. Eius precibus flexus vir beatus alterum expunxit circulum, alterum abolere noluit, &c. post pauca: Postumus autem haud obscure per sanguinem Martyrum fusum intelligere innocentiam, passum vim justam expetere ultionem: effigiem circuli sanguine expressam inevitabilem divini judicii animadversionem: geminum circulum pectoris & dorsi, præsens & futurum supplicium: alterius circuli abolitionem, æternæ pœnæ remissionem sancti Viri precibus ei impetratam: alterius permissionem necem temporariam, &c. hæc ille: atque hinc

3. *Circulus est supplicium.* v. paulò ante dicta.

4. *Circulus est pœna æterna.* v. jam dicta.

5. *Circulus est mors temporalis.* v. jam dicta.

6. *Cir-*

6. *Circulus est aternitas* Novarin. sched. l. 3. c. 26. Circulus æternitatis quandam formam habet. Hinc pavonem hoc circulo exornatum æternitas gestat in antiquo nummo Faustinae Augustæ, ut videatur nescio quid divinum sapere, & magnis adnumerandus, qui mente æternitatem, &c.

7. *Circulus est Deus.* Mercur. Trismeg. c. 1. Opifex Mens unacum Verbo complectens circulos, & rotans stridore impetus, versavit sua ipsius opificia, &c.

Philo in libro quod Deus sit immortalis, ad finem: Verbum divinum choreas in orbem ducit.

Huc illud, quod circumfertur veteris Philosophi dictum: Deus circulus est, cuius centrum ubiq; circumferentia nusquam, &c.

8. *Circulus est Christus.* S. Bonav. in Pl. II. ad illud: In circuitu impii ambulant, ait Deus humanatus dicitur esse circulus: ut circumferentia humanitas, centrum autem dicatur divinitas. Circumferentiam facit pes circuli mobilis: in centro est pes immobilis. Nam humanitas mobilis, sed divinitas est immobilis. Impii in circuitu ambulant: quia humanitatem, non divinitatem credunt, &c. Huc circulus Augusto Cæs. visus circa solem.

9. *Circulus est mundus* S. Dorotheus de non judicando proximo, Doctrina 6. n. 16. Circulum fingite mundum esse: centrum

autem circuli Deum : lineas autem à circulo in medium deductas, vias credite varias, negotiationesq; mortalium. Quò magis penetrant sancti viri ut ad interiora appropient, eò magis, juxta tamen proportionem ingressus, & appropiant Deo, ut sibiipsis; quantoque sibiipsis tantò & Deo; quanto viciniore sunt Deo, tanto & sibiipsis; quantoque sibiipsis, tanto & Deo, &c.

10. *Circulus sunt res difficiles.* Rabbi Haccados ad illud, eunctæ res difficiles, Ecclesiasticis x. in eo collocat difficultatem rerù, quòd in circulos semper novos agantur, præteritarum circulationum oblitæ, &c. Fortè hic circulus Philosophicus.

11. *Circuli sunt mores.* Tacitus lib. 3. *Animal.* Rebus cunctis inest quidam velut orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita inq; vertantur; nec omnia apud præcursos meliora, sed nostra quoque ætas, multa laudis & artium imitanda posteris tulit, &c.

De circulo quem Augustus vidit circa solem Rabbanus Maurus in c. 2. Matth. l. 1. Cum primò, Caio Cæsare avunculo suo interfecto, ex Apollonia rediens, urbem ingrederetur horâ circiter diei tertiâ, repentè lucido ac puro & sereno cœlo circulus ad speciem celestis arcûs orbem solis ambit; quasi cum unum ac potentissimum in hoc mundo, solumque clarissimum in orbe monstraret, cujus

jus tempore venturus esset ad sanctæ Trinitatis fidem prædicandam, qui ipsum solem solus mundumque totum & fecisset, & regeret, &c.

*Civitas.*

1. *Civitas est virtus.* Philo lib. 2. Allegoriarum: Civitas sapientum propria, virtus ipsa est. In hanc quisquis admitti nequit, exulat; & nemo malus unquam in eam admitti potest, &c.

2. *Civitas, est mens humilis.* S. Nilus orat. 3. de superbia: Mens superbiæ experta est tanquam urbs munita, in qua tutus est qui inhabitat.

Huc illud Antisthenis apud Heryclium lib. de viris claris. Mœnia in nostris ipsorum animis, inexpugnabilibus quidem illis sunt construenda, &c.

*Cibus.*

1. *Cibus est res amara.* In sent. Ethicæ Polit. Quicumque amat, quod amat, si id habet, ei pro cibo est, &c.

*Cithara.*

1. *Cithara est lingua eloquentis.* Libanius Elpidio scribens: Neque enim aut Arfacidis sagittam tibi exquirendam putes, aut Orphei citharam: lingua citharæ loco tibi est, &c.

## Cloaca.

1. **C**loaca mundus est. Petrus Cellensis lib. de Panib. c. 11. Mundus iste quasi Cloaca plenus peccatorum foetoribus, receptilis est omnium malorum, tanquam univrsarum spurcitiarum, &c.

2. *Cloaca est senectus.* In sententijs Ethico politicis: In senectam ceu cloacam omnes miseriz influunt.

## Columna.

1. **C**olumna est fides. Laur. Justin. lib. de ligno vitæ. c. 5. loquens de fide: Est etiam viva, fida, & salutaris columna, deducens per desertum mundi hujus, ostendens ipsum esse plenum malitiã, ubi sunt omnia vitiosa, omnia lubrica, cuncta operata tenebris, & obsessa laqueis.

2. *Columna est Dei servitus.* Tribus rebus inniti servitatem Dei ceu totidem columnis docet Rabbi Tam, in lib. recto. cap. 2. Prima columna purum cor & simplex: Secunda, credere omnia, quæ extra Deum, deficere: Tertia columna est cognoscere creatorem esse per omnia perfectissimum, &c.

## Columba.

1. **C**olumba est Eleemosyna. S. Chrysoft. hom. 32. in Epist. ad Hebr. Eleemosyna est alata, & levis: alas habet aureas, habet

habet volatum, qui valdè oblectat Angelos. Illic inquit: pennæ columbæ deargentatæ & posteriora dorsi ejus in fulgore auri. Volat tanquam quædam aurea, & vivens columba, placidum habens aspectum, & miretur oculum, &c.

2. *Columba est anima pia.* V. Nidus n. I.

*Color.*

1. **C**olor niger est peccator. Vide Pictor. n. I.

*Collyrium.*

1. **C**ollyrium est fides. S. Aug. Tract. 34. in Joann. Dominus illuminat cæcos. Illuminamur ergò modò fratres, habentes collyrium fidei, &c.

*Comes itineris.*

1. **C**omes itineris scriptura sacra est. Rabi-  
bi Josue filius Levi: Qui iter facit  
& Comite caret, se circa sacram scripturam  
occupet, quæ comes grata est, &c.

2. *Comites sunt littera.* S. Hieron in Apolog. contra Ruffi: Sudoris comites literæ sunt, & laboris sociæ: jejuniorum, non satunitatis; continentia, non luxuria, &c.

*Compedes.*

1. **C**ompedes sunt divitia. Vide Vincula n. I.



### Consecratio.

1. **C**onsecratio est tentatio. S. Ambros. lib. 4. in Luc. Nonne tentatio Joseph virtutis est consecratio?

### Conturbatio.

1. **C**onturbatio sunt divitia. S. August. ser. 212. de temp. Meritò illic vanissimo diviti insultavit Deus, ut admoneret nos, ne talia imitemur. Cui regio fructuosa succedens, turbavit hominem copia plus quàm inopia: cogitavit enim apud se dicens: quid faciam, quo congregem fructus meos?

*Agellius in Psal. 38.* ad ea verba: sed & frustra conturbatur, &c. Aptissimè opes acque divitiarum collectionem, conturbationem vocavit, cum dixit; sed frustra conturbatur: neque enim sine conturbatione maxima ac perturbatione parantur: multiplicibus quippe curis sollicitatur avari animus, & tumultuatur, ut undique conquirat.

### Condimentum.

1. **C**ondimentum est patientia. Petr. Blesensis Ep. 31. Corporis afflictio citra meritum, & fructum salutis est sine patientiæ condimento, &c.

### Cæli notio:

1. **C**OEli nomine Deus primò signatur. Rabbi Samuel: ꝛꝛ illis sapientibus,  
qui

qui se in lege exercent, nec habent timorem cæli, id est, Dei, &c.

Ad illud Ps. 72. v. 9. Posuerunt in cœlum os suum, & lingua eorum transiit in terra, &c. Euthymius sic: Per cœlum quidem Deum intelligit, per terram verò homines in ea commorantes, &c.

2. *Cœlum etiam Angeli dicuntur.* Annuntiabunt cœli justitiam ejus. Psal. 49. Chaldaeus vertit: Narrabunt autem Angeli excelsi puritatem ejus.

3. *Cœlum etiam homo est.* Steph. Cantuar. Allegor. in Genes. cap. 1. Mens justitiae, quæ per bona opera firmamentum est, rectè cœlum dicitur, quia & sculpta est virtutum floribus, & conscientiae gloriam celat.

4. *Cœlum etiam sapientes.* Rabbanus Maurus in Allegorijis. Per cœlum sapientiores in Ecclesia, ut Deuteronomio: Audite cœli quæ loquor, id est, vos qui sapientes estis, magna, quæ dicturus sum, auscultate, &c. In hunc sensum Philo Heb. verba Abrahæ: *Suspice cœlum & numera stellas,* &c. expendens: vult cœli effigiem, aut quod plus est, cœlum terrestre dici sapientis animam.

5. *Cœli sunt viri sancti,* &c. S. Bern. ser. 27. in Cant. Habet Ecclesia cœlos suos, vitâ conspicuos, fide puros, spe firmos, lazos charitate, pluentes pluviam verbi salu-

tatem. Hi tonant increpationibus, coruscant miraculis, hi enarrant gloriam Dei, &c. & plura ap. Engelgr. cœli. P. 2. f. 187.

### Corona.

1. **C**orona legem designat. Hinc illud Illelis in Pirke avoth. c. 1. Qui proprij commodi gratiâ in corona, id est, lege se exercet.

2. *Corona est bona fama.* Rabbi Simeon in Pirke avoth. c. 4. Tria coronarum genera sunt: corona legis, corona Sacerdotij, corona Regni, sed corona bonæ famæ omnes superat, &c.

3. *Corona est doctrina & scientia.* S. Nilus in Cantico Syriaco: coronam doctrina nectit, eamque amicorum capiti imponit. Prov. 14. Expectabunt astuti scientiam. Hebræus legit: & callidi imponent sibi coronam scientiæ, &c. Chaldaeus vero: Corona astutorum est scientia, &c. Rabbi Abraham Aben Ezra: Coronabuntur sapientes scientiâ, diadema acquirunt, & ad honores evehantur, &c. Cassiodorus lib. 12. Variar. 1 ait: Jungitur his rebus quasi diadema eximium, impretiabilis notitia literarum, per quam dum veterum providentia discitur, regalis dignitas semper augetur, &c. B. Andreas de Senis Ord. Erem. in MS. ad illud Apoc. 14. Vidi super nubem sedentem &c. ait: corona aurea significat victoriam

per sapientiam, &c. Rabbi Moses l. i. praecepto: n. 64. Quod scientia efficit coronam capitis, hoc humilitas suppedaneum facit, &c.

4. *Corona est sapientia divina, &c.* S. Hieron. Ep. 128. ad Fabiolam, Loquens de vestibus Sacerdotum ait: Lamina aurea rutilat in fronte, nihil enim nobis prodest omnium rerum eruditio, nisi Dei scientiâ coronemur, &c.

5. *Corona est Philosophia.* Synesius de regno: Me ad te cum auro caput, tum animum Philosophiâ coronaturum Cyrene mittit, Græca civitas, antiquum & memorabile nomen, &c.

6. *Corona est honor sapientum.* Lyran in c. 4. Prov. Antiquitus dabantur coronæ sapientibus, in signum quod debebant ab alijs honorari, & in periculis adjuvari, &c.

7. *Corona est injuria.* S. Ambros. lib. 4. in Luc. Nonne injuria carceris corona est castitatis? est, & eò nobilior, quò tetrior carcer est.

8. *Corona sunt fideles.* S. Cornelius Papa apud Anastasium: Ego de corona Domini literas accepi, &c. id est, de fidelibus.

9. *Corona est morum mutatio in subditis.* Gilbertus Abbas serm. 29 ad illud Cant. Veni Coronaberis de capite Amara, ait: Cum in subiectis mutatur morum barba-  
ries,

ries, &c. cum aufertur maculosæ varietatis velamen, & nuda succedit simplicitas, moribus ministerio suo in melius commutatis, coronari sponsa satis aptè accipitur, &c.

10. *Corona sunt viri sancti.* De S. Basilio mortuo Greg. Naz. Ep. 37. Ecclesiæ solitudinem intueri, hujusmodi gloriâ detonsæ & spoliatæ, atque hujusmodi coronâ orbatæ; tam grave ac molestum est, ut nec oculis spectari, nec auribus concipi possit, &c.

11. *Corona est cælestis præmium.* Cyrillus Hierosol. in Præfat. ad Catechum. Jam est beatitudinis odor in vobis ô illuminati; jam spirituales colligitis flores ad plectendas cælestes coronas, jam Spiritus sancti spiravit fragrantia, jam circa porticum Regalis palatii fuistis, &c.

12. *Corona est silentium.* Euripides in Penthen. apud Stobæum ser. 35. Decorum silentium corona est viri boni: loquacitas autem neque jucundum aliquid habet.

### Cor.

1. **C**or Dei scriptura est. S. August. Ep. 120. Certum profundum Sacramentum nos intelligere voluit, ut cordis sui nomine significaret scripturas suas, ubi ejus utique latebat consilium, quod tunc apertum est, cum ea quæ de illo prophetata fuerunt, passus implevit, &c.

## Crater.

1. **C**Rater est scientia Dei, Merc. Trifmeg. c. 3. Ipsa divinus crater existens, &c.

## Cucullus.

- C**ucullus innocentiam signat. S. Dorotheus de Abrenuntiat. Doct. 1. Ferimus & cucullum, quod innocentiae signum est & puritatis: pueri enim parvuli cucullum ferunt, non viri perfecti. Nos igitur cucullum ferimus, ut parvuli simus malitia, &c.

## Culter.

1. **C**ulter est adversitas. V. Laqueus n. 5.

## Currus.

1. **C**urrus est Virginitas. Petrus Blessensis scilicet in Festo Omn. SS. Virginitas currus igneus est sursum ferens, quem vehit. Igneum enim, id est, sidereum, imò Angelicum est in carne vivere supra carnem.

S. Ephrem Tract. de cast. O Castitas currus spiritualis possessorum suum in sublimem evchens, &c.

## Cursus quid.

1. **C**ursus preces significat. Author vitae S. Eparchij Abbatis ait: Erat vir sanctus, noctes atque dies pervigil in cursu divino, &c. Et in vita S. Aidardi Abbatis.

Divinæ Psalmodiæ cursum, ex more solus decantans, &c. Audoënus in vita S. Eligij Episcopi Noviomensis: Quædam ex causa interdixit, ne cursus, idest, preces Canonice, & sacrificium celebraretur, &c. Wilhelmus Malisberiensis de Rege Alfiedo l. 1. c. 4. Illud insolitum, & inauditum, quod semper sinu gestabat libellum, in quo divini cursûs Psalmi continebantur: ut si quando vacaret, arripere, & vigilantibus oculis percurreret, &c.

2. *Cursus est complacencia & approbatio.* Agellius in Pl. 61. expendens illud: cucurri in siti. & illud Apostoli: Non est volentis neque currentis, &c. Currendi verbum ex ambiguo Hebraico etiam complacere, & diligere, seu approbare, significare potest. ut Pl. 49. Si videbas furem, currebas cum eo, hoc est, approbabas, consentiebas, in eo tibi complacebas: & fortasse illud Apostoli: non est volentis neque currentis eandem vim habet, &c.

3. *Cursus est proba vita.* S. August. lib. de perfect. Justit. Sic curramus ut comprehendamus (alludens ad verba Pauli) curramus credendo, sperando, desiderando: curramus corpus castigando, & eleemosynas in dandis bonis, malisque ignoscendis hilariter ex corde faciendo, &c. S. Greg. Naz. in tetrastichis vitam humanam appellat cursum. Est

*Est cursus ingens qui tibi proponitur ,  
At ampla merces. Ne simul totum videas .  
Totum relinquant. Non maris totas simul  
Transmittis undas. Hostis est sapè hic dolus.*

Quos versus expendit ejus Scholialtes Nice-  
tas : Ita te compara , ut non laborem , sed  
laboris præmium tibi ob oculos propo-  
nas , &c. Quocirca tibi providendum est ,  
ne ad universum simul illud tempus , quo  
virtuti opera danda est , non sine animi do-  
lore atque acerbitate oculos conijciens , ac  
metu fractus & titubans , à certamine resili-  
as. Nam nec ij quidem qui navigant totum  
simul pelagus prospiciunt , &c. Verum de  
die in diem itineris spatium tollentes sensim  
tacitisque progressibus , cursum eum omnem  
quem sibi proposuerunt , absolvunt , &c.

### *Custos.*

I. **C**ustos thesauri anima est timor. Pet.  
Cellens. lib. de panibus c. 14. Quasi  
custos , super innumerabiles gazas , sic Ti-  
mor in ultimo chrismatum ponitur , ad con-  
servandas incomparabiles gratias. *Et post  
paucæ* : Habeamus bonas & pulchras gra-  
tiarum puellas ; sed sub custodia diligentis-  
simi pædagogi , scilicet timoris , &c.

### *Cytharistria.*

I. **C**ytharistria est charitas. S. Chryso-  
stom. 40. in Acta Apost. Quemad-  
modum



modum in spectaculo Musicorum chorus: omnes enim tunc cum silentio audiunt, & nemo interurbat; ita & inter amicos, dum charitas cytharam pulsat, omnes affectiones silent, ac dormiscunt, quasi bestiae blanditijs demulsæ ac mitigatæ, &c.

## D

*Desertum.*

α. **D**esertum est mundus. v. columna.  
n. 1.

*Dispensator.*

1. **D**ispensator populi est Imperator. Lampridius in Alexandro: Aurum & argentum rarò cuiquam, nisi militi divisit, nefas esse dicens, ut dispensator publicus in delectationes suas, & suorum converteret id, quod provinciales dedissent, &c.

*Disciplina.*

1. **D**isciplina dicitur a gritudine. Greg. Naz. Ep. 10. Volo te morbum nihil aliud esse ducere, quàm utilem quandam disciplinam; huc videlicet tendentem, ut ea corpora omnia, & quidquid fluxum ac turbulentum est, interiùsque obnoxium, contemnas; ac pro nihilo putans totum te cœlesti parti aëdicas.

*Disciplina est paupertas.* Chrysol. ser. 18.  
Quod si virtutibus cognata paupertas, terrena  
& cœ-

& cœlestis comprobatur disciplina. Athleta ad certamen nudus accedit; confligit cum fluctibus nauta nudus; miles in acie non nisi expeditus assistit; qui tendit ad Philosophiam totum, quod in rebus est, ante contemnit, &c.

*Dives divitiæ.*

1. **D**ives est virtute præditus. Julian. Imp. Orat. 2. Qui virtute præditus est, hunc nos sine ulla cunctatione Divitem appellemus, &c.

2. *Divitiæ sunt lex divina.* S. Columbanus in carmine monastico. Sint tibi divitiæ divinæ dogmata legis, &c.

3. *Divitiæ sunt bona opera.* S. Chrysost. in Ps. 11. sicut divitiæ veræ, sunt etiam falsæ: falsæ pecuniarum, veræ rectè factorum, &c.

4. *Divitiæ sunt misericordia.* S. Chrysost. homil. de misericordia: Ille verè est dives, qui in Deo dives est; qui magis misericordiâ opulentus, quam divitiis, facultates suas cum pauperibus dividit: qui locupletem sedando magis, quam habendo ostendit, &c.

5. *Divitiæ sunt fides.* S. August. serm. 272. Quid quæris divitias, quæ oculis humanis & carnis blandiuntur? Lucet aurum, sed plus lucet fides. Elige quid habere in corde debeas. Intus plenus esto, ubi divitias tuas Deus videt, homo non videt, &c.

6. *Divitiæ sunt virtutes.* S. Ambros. lib. 6. de Sacram. Habes in quo sis dives ; in quo divitiæ tuæ , pudicitia sunt & castitatis insulæ , fides , devotio , & misericordia , &c.

7. *Divitiæ sunt esse amicum Deo.* S. Chrysof. hom. 2. ad populum Antiochen. Vis ditari ? amicum habeas Deum , & omnium ditissimus eris , &c.

### *Draco.*

1. **D***Draco est avarus.* S. Basil. hom. de legendis libb. gentil. Ego non video quid profint illis divitiæ , nisi fortè more Draconum in fabulis , jucunditatem aliquam afferat , thesauris defossis invigilare , &c.

Lib. 4. Const. Apost. cap. 3. Qui habet pecunias , & cum aliis non communicat , imò neque utitur , locum serpentis sortitus est , quem aiunt in thesauris cubare , &c.

Vicent. Bellovac. in Speculo morali: Avari tigrilibus sunt similes , quæ aurum custodiunt , & eo non utuntur. Cornelius Gallus Eleg. 5.

*Efficior custos rerum magis ipse mearum,  
Conservans aliis, quæ periri mihi.  
Sicut in auricomis pendencia plurimus  
hostis*

*Pervigil observat, non sua poma  
Draco.*

Et Martialis lib. 12. Epigr. 45.

*Largiris nihil, incubasque gaza,  
Ut magnus Draco, quem canunt Poëta  
Custodem Soythici fuisse luci, &c.*

An huc forte respexit Chrysoft. hom. 2. ad pop. Antioche. Avarus custos est, non dominus pecuniarum; servus, non possessor, &c.

Et Sen. lib. 11. Controv. 1. Quisquis es avarus pecuniæ custos immensæ, dum multa quæsieris, poterisne omnibus frui? &c.

Et Petrus Chryologus serm. 22. Auri custos, servator argenti leuitatem non habet, &c.

### *Dux.*

2. **D**ux via est paupertas. B. Laur. Justin. c. 1. de pauper. Paupertas spiritus est quædam manu ductrix in via, quæ ducit ad cælum, &c. vide unctio. n. 1.

### *E.*

#### *Eclipsis.*

1. **E**clipsis est lapsus in peccatum. Bellè Poëta quidem lufit:

*Eclipsim raro patitur sol, Luna frequenter,  
Est magis ad lapsū scemina prona viro, &c.*

ita apud Novat. Sched. l. 6. c. 16.

2. *Eclipsis est avaritia.* Hugo Carenfis in caput 28. Prov. Avarus terram interponit sibi.

sibi & vero soli, unde continuam patitur eclipsim, &c.

3. *Eclipsis est mors Christi.* S. Anton. Ulyssipon. in ser. Dom. 3. Quadr. Sol eclipsim, idest, defectum patiens, omnia decolorat: sic verus sol Christus qui cognovit occasum suum, eclipsim mortis in cruce patiens, omnes colores, omnes vanitates, omnes glorias fallaces, omnes honores debet decolorare. Ideo dicit anima pœnitentis. Nigra sum, fusca sum: quia decoloravit me sol. Dum enim oculo fidei Deum meum, Sponsum meum, JESUM Christum in cruce pendentem, clavis confixum, felle & aceto potatum, corona spinea coronatum video; omnis decor, omnis gloria, omnis honor, omnis pompa transitoria in pallorem vertitur, & à me nihili aestimatur.

### *Equuleus.*

1. *Equuleus est conscientia examen.* S. Aug. serm. 94. de temp. Nihil tibi de te dixit conscientia tua? si nolis magnum, utique dixit, est; dixit tibi de te, quid feceris, quid acceperis, quid peccaveris. Vellem scire qualem sententiam protulisti, si bene audisti, est; si tuæ mentis tribunal ascendisti, si teipsum ante teipsum in equuleo cordis suspendisti, &c.

*Equuleus.*

1. **E**quuleus est conscientia examen. S. Aug. serm. 94. de temp. Nihil tibi de te dixit conscientia tua? si nolis magnum, urique dixit, est; dixit tibi de te, quid feceris, quid acceperis, quid peccaveris. Vellem scire qualem sententiam promulisti, si bene audisti est; si tuæ mentis tribunal ascendisti, si teipsum ante teipsum in equuleo cordis suspendisti, &c.

*Esca.*

1. **E**sca est pecunia. v. *Hannus. n. 12. v. Infernus. n. 1.*

*Exilium.*

1. **E**xilium est opum contemptus. Salvianus lib. 2. ad Eccles. Cathol. An non est hoc persecutio, aut esse alia maior potest? exheredari hominem à seipso, extorrem bonorum omnium fieri, & quasi in exilium à seipso agi; atque hoc non communi more aut usitato; sed novo & crudelissimo. Omnes enim etsi corporibus ablegantur, animis non eliminantur; etsi carne captivi sunt, cordib. tamen si volunt, liberi perseverant. Hoc autem unde nunc loquimur, novum exilii genus atque tormentum est; scilicet in exilium anima ipsa mittitur, ubi facultatib. suis spiritus abdicatur.

## F.

## Fama bona.

**R**Abbi Simeon in Pirke avoth. c. 4. ita ait: Tria coronarum genera sunt, corona legis, corona Sacerdotii, corona Regni, sed corona bonæ famæ omnes superat. apud Novat. in sched.

## Fæces.

1. **F**æces vitæ est senectus. Pl. 38. Et substantiâ meâ tanquam nihilum ante te, &c. ad quæ Agellius: Ut in liquoribus quod subsidit, id fæculentius est, & obscurius: ita in vitâ postrema pars tanquam totius vitæ fæces, obscurior est & impurior, &c.

Petrus Bleffenfis Ep. 6. Fæces vestræ senectutis immoletis altissimo, qui juventutis & adolescentiæ vestræ Florem in rebus nugatoris expenditis, &c.

## Falx.

1. **F**alx est usurarius repetitio. v. Agricola  
n. 2.

## Fera.

1. **F**era sunt animi perturbationes. Isido. Pelusio. Ep. 4. l. 1. Nobis non cum sensibilibus feris, sed cum perturbationibus, quæ animo & ratione intelliguntur, certamen est.

S. Bacchiatus in Ep. de recipiendis lapsis: Considera Frater, quod paucis tribuitur, ut de Amphitheatro mundi istius, ubi cum festis, hoc est, cum vitiis depugnatur, immaculati à peccati morfu membra sua liberent, &c.

2. *Fera est imperium.* v. Bellua. n. 1.

*Festum.*

1. **F**estum est conscientia bona. S. Chry-  
sost. Maximum festum est conscientia bona, & quemadmodum in externis festivitatibus, is, qui non vestem habet, quâ induatur, splendidam; nec mensam, quâ fruatur, lautam; sed vivit in paupertate, fame, extremâque miseria, non afficitur festo die, etiam si universum orbem choreas agitate videat; sed hâc ipsâ de causâ magis angitur ac dolet: dives verò delicatus mutationis vestib. abundans & in summa prosperitate vivens, etiam extra festiva tempora Festum agere sibi videtur; ita & spiritualibus ulvenit: qui enim vivit in justitiâ, & operibus bonis, vel absque festo Festum agit, sinceram voluntatem ex bona conscientia percipiens; qui verò in peccato & malitia vitam degit, multorum malorum sibi met conscius, etiam cum maximè festum est, festo caret quàm maximè, &c.

*Ferrum.*

1. **F**errum est homo durus & asper. v. Por-  
ta n. 3.



## Fenestra.

1. **F**enestra sunt sensus. Arabum proverbium est: obstrue quinque fenestras ut luceat domus, & habites eam, id est, ut scholasticus: obstrue quinque sensus corporis, ut luceat anima tua in luce vitæ, &c.

2. Fenestra sunt sapientia, & scientia. v. *Ædificium*, n. 1.

## Filii.

1. **F**ilii sunt scripta. Clem. Alex. 1. r. Strom. Filii quidem corporum, animæ autem liberi sunt scripta, &c.

Petrus Dam. lib. 2. Ep. 6. Tulit librum meum, quem velut unicum filium ulnis uterine dilectionis amplectebatur.

Libanius de amisso & iterum invento libro suo: Illo correpto feci, quæ faceret quivis super puero, qui certo temporis spatio disparuisset &c.

Rabbi Samlai: Cui rei assimilatur puer in ventre matris? libro, &c.

## Fimbria.

1. **F**imbria vestis Christi est humilis. v. Vestis n. 15.

## Firmamentum.

1. **F**irmamentum est fides. Thalassius cent. 2. n. 30. Visibile cœli firmamentum, in quo omnes Sancti ceu luminaria lucent, fidei signat firmamentum, &c.

## Flamma.

1. **F**lamma est virtus. Philo lib. Quis rerum divinarum hæres, &c. ait: sicut flamma urit subjectam materiam, illustrans vicinum aërem: ad eundem modum virtus exurit vitia, totam mentem replens lumine, &c.

## Flos.

1. **F**los est mundus. Isidorus Pelusiota lib. 5. Ep. 163. Mundi huius gloria hemicæcæles est, hoc est, flos uno die duntaxat florens. At virtutis decus esse immatæcessibile, finè que carens, quivis cui mens sit ac prudentia, affirmârit, &c.

2. *Flores sunt Angeli.* S. Ambros. in c. 11. Lucæ: Angeli verè istius mundi flores sunt, quorum claritatibus ornat mundus, & bonum odorem sanctificationis spirant.

3. *Flores sunt virgines.* S. Paschasius lib. 1. in Ps. 44. Virgines alloquens ait: Vos estis, quæ secundum nobilitatem generis flores estis Ecclesiæ, quæ vitore pudicitæ, & splendore castæ dilectionis, sponso lecta componitis, & coronam spineam mutatis quotidie in gloriam triumphantis, &c. S. Cyprianus lib. de discipl. Virg. eadem utitur metaphora: sic flos Virginum extinguitur, honor continentæ ac pudor cæditur, &c. S. Ambros. lib. 3, de Virg. est Ecclesiæ ager diversis

54 *Allegoria SS. Patrum.*

sis fecundus copiis. Hic cernas germina  
virginitatis flore vernantia: illic tanquam in  
campis sylvæ viduitatem gravitate pollen-  
tem, &c.

4. *Flos est pudicitia, &c.* Tertull lib. de  
pudicit. c. 1. Pudicitia flos morum, funda-  
mentum sanctitatis.

5. *Flos est laus.* S. Hieron. Epist. II. va-  
rios testimoniorum flores in unam pudicitiae  
coronam texuimus.

6. *Flores sunt bona opera.* S. Cyrill. Hie-  
rosol. in Praefat. ad Catechumenos: Jam est  
beatitudinis odor in vobis ô illuminati: jam  
spirituales colligitis flores, ad plectendas cœ-  
lestes coronas, jam spiritûs sancti spiravit fra-  
grantia, jam circa porticum Regalis Palatii  
fuistis. Utinam verò, & ab iplo Rege in-  
troducaminis, &c.

Huc facit illud Strabonis l. 6. Geograph.  
Credidit fuit eò ex Sicilia venisse Proserpi-  
nam florum legendorum gratiâ; indè que  
morem esse receptum matronis, ut flores ipsæ  
legant, coronasque nectant; turpè que iis ha-  
betur, ad festos dies sarta gestare emptitia,  
&c. Addit ex suo Novarinus l. 3. sched. c.  
22. Eadem nobis mens, & in spiritali co-  
rona: nemo de aliorum virtutibus blandia-  
tur, splendeat suis, suis coronetur operibus.

7. *Flores sunt virtutes, &c.* Hildebertus  
serm. de Natali Domini. Palmæ signa vi-  
cto-

Ætiorum sunt, in floribus virtutum jucunditas ostenditur, &c.

8. *Flos est Christus* Cant. 2. Ego flos campi, in quem locum Hago Carensis: quod antè generaliter florem se dicit, non determinando aliquem, inde est, quod non unico modo floret in campo Ecclesiæ; sed, ut ita dicam, rubet in Martyribus, candet in Virginibus, viret in Confessoribus, pallet in pœnitentibus, &c.

9. *Flores cali sunt stella.* S. Basil. hom. 3. in Hexam. suum jam ex se cultum terra acceperat, propriis convellita germinibus; acceperat & cœlum, nempe syderum flores roseos, &c. S. Basiliius Seluciensis Orat. 1. Astrorum in cœlo affigit lumina, & firmamentum luminosis floribus conferit, eorum in gratiam & usum conducentibus, qui in terris agunt, &c.

10. *Flores luminis sunt radii.* Julianus orat. 4. Ipsius luminis summa perfectio, ac flos veluti quidam radii sunt, &c.

11. *Flores sunt adolescentes.* v. inf. Fax n. 1.

12. *Flos est pudicitia fama.* S. Hieron. Ep. 9. ad Salvinam: Tenuera res in fœminis fama pudicitiae est, quasi flos pulcherrimus, citò ad levem marcescit auram, levique flatu corrumpitur: maximè ubi & ætas con-

sentit ad vitium, & maritalis deest auctoritas, cuius umbra tuta nomen uxoris est, &c.

### *Fluvius.*

1. **F**luvii sunt Angeli. Procopius in c. 33. Isai. Quamquam tamen & multorum fluviorum nomine Angeli intelliguntur, qui semper Patris faciem in cœlo intuentur, Ecclesiam custodiunt, &c.

### *Fossa.*

1. **F**ossa est mundus. Cœl. Rhodig. lib. 1. c. 6. Fuit & in comitio fossa, quam mundum vocant, in quam orbicularem, Urbe conditâ omnium primitias, quibus lege ut honestis, natura ut necessariis utebantur, conjici jussit Romulus. Mox item terræ porciunculam, unde quis esset profectus, conferri credo, ut sic in civitatis unius ac patriæ populum facilius coalescerent animi, &c. Affinis Fossæ est vallis quo spectat illud Anonymi de mundo To 13. Biblioth. PP. ubi ait:

*Quid est mundus? vallis miseria,  
Vas dolorum, cella malitia, domusque  
carceris.*

*Fel abscondens sub mollis cortice,  
De veneno matrisque calice  
Dans potum miseria.*

*Fornax.*

1. **F**ornax est avaritia. Petrus Chrysol-  
ferm. 28. Matthæum publicanum di-  
vitia sic cupiditatis publicabant Magistrum,  
fornace avaritiæ sic coquebant: sic alliga-  
bant vinculis cautionum, sacculorum pon-  
deribus sic premebant, ut levare ad innocen-  
tiam, ad justitiam surgere, ad virtutem pro-  
gredi non valeret, &c.

*Fœtus.*

1. **F**œtus est fœnus. Festus. Fœnus appel-  
latur naturalis terræ fœtus: ob quam  
causam & nummorum fœtus, fœnus est vo-  
catum, &c.

S. Basil. serm 2. in Ps. 14. Quamobrem  
genus hoc avaritiæ, appellatione partus  
(ut existimo) ob multiplex mali germen,  
sive fœcunditatem nominatur. Unde enim  
aliunde? Aut fortè ob parturiginem ac ince-  
rotos anxios, qui in eorum mentibus gignun-  
tur, qui gravati sunt fœ-nore?

2. *Fœtus iustitiæ est lex.* Julian. Imp.  
Orat. 2. Est lex fœtus quidam iustitiæ,  
summûq; illius Dei sacrum quoddam ac verè  
divinum donatum, quam nemo sui compos  
parvi facit, ac contemnit; sed omnia secun-  
dum æquitatem moderans, bonos quidem

præmiis libenter afficeret, improbos verò tanquam peritus aliquis Medicus pro vitibus sanare contendet, &c.

### *Frixorium.*

1. **F***Rixorium est aula.* Petrus Bleffens. Comp. in Job. Dum Curialium sollicitudinum frixoria, & intricatos negotiorum labyrinthos evaditis, libenter meditamini in lege Domini, & de diurnis laboribus, in lectione factæ paginæ respiratis, &c.

### *Furia.*

1. **F***Vria sunt vitia.* B. Laurent. Justin. c. 1. de continentia. Continentia est per edomitas vitiorum furias munda & honesta corporis habitudo, &c.

### *Fungus.*

1. **F***Vngus est potens malitiosus.* August. in Pl. 51. ad illud: Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate. Quid facturus es o potens? quid facturus es? multum te jactas. Occisurus es hominem? Hoc & scorpis, hoc & una febris, hoc & fungus malus. Huccine redacta est omnis potentia tua, ut uni malo fungo coæquetur? &c.

### *Fumus.*

1. **F***Vnus est fœnus.* S. Ambros. lib. de Tobia c. 10. Nihil interest inter fœnus
- nus

nus & fœnus: nihil inter mortem distat & sortem. Personat funebrem ululatum for- noris usura.

S. Leo serm. 6. de jejuniis septimi mensis. Multiplicatur quidem facultas in injustis, & tristibus incrementis: sed mentis substantia contabescit, quoniam Fœnus pecuniæ funus est animæ, &c. S. Ambros. de Tob. c. 14. Usuram petere, suffocare est. Hoc quoque foris sermō est dictum à quibusdam eorum prudentibus. Quid est inquit fœnerare? hominem inquit occidere, &c.

S. Valerianus Ep. hom. 20. de Judæ pecunia loquens: Ecce quid fructus habeat cupiditas, pecunia damnationis ad comparationem sepulcræ reposita, hoc est funcribus deputata, &c.

*Fundamentum.*

1. **F**undamentum est fides. v. *Ædificium*  
n. 1.

2. *Fundamentum est insidus affectus.* S. Ambros. lib. 2. Offic. cap. 2. Contra quoque strenuum esse in operibus, affectu insidum, ita est, ac si vitioso fundamento, pulchra culminum velis elevare fastigia, quod quò plus struxeris, plus corrui, &c.

3. *Fundamentum est pietas* Liban. To. 2. orat. 10. ait: Idem planè pietatem in hominum vita posse, quod carina in nave, & fundamentum in domo, &c.



## Fulgur.

1. **F**ulgur est eloquentia. S. Hieron. Ep. 150. ad Hedibiam. Nec fulgore secularis eloquentiæ delecteris, quam vidit JESUS quasi fulgur cadentem de cœlo, &c.

## Fumus.

1. **F**umus est honor. S. Aug. serm. 4. ex 40. Ecce quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? Quid volui? Divitias fluxas, caducas, volatiles. Quid volui? aurum, pallorem terræ? honorem temporis fumum: Quid etgo quæris Prophetæ fidelis? Illum attende, qui ait: Quid enim mihi est in cælo? non enim expressit quid erit illud.

## Funes.

1. **F**unes sunt libri hæreticorum. Rabbanus Maurus lib. 1. in Prov. Salom. Funibus peccatorum suorum constringitur Prov. c. 5. Qui enim funem facit torquendo semper, & involvendo fidem fidelibus auget. Talis est tortitudo operum malorum, tales libri hæreticorum, in quibus prava pravis neccentes, non aliud scribendo, quam quo se arctius obligent, agunt, &c.

2. *Funis est vita.* S. Chrysoft. hom. de humilitate: Sicut Schœnobatæ, qui in funibus sursum deorsum extentis ascendere & descendere solent, si parum respexerint, præcipites

Pites in orchestram decidunt, & pereunt: ita & in hac vita ambulantes si parumper fuerint desides, in præceps feruntur: via enim hæc & angustior & directior, nec non periculiosior, quam funis ille, imò & multò lubuliosior est, &c.

## G.

### *Gemma.*

1. <sup>7</sup> **G**emma sunt libri. Panormitanus l. 4. inter dicta Alphonsi Aragoniæ Regis refert: Malim gemmas, uniones, aut quascunque inæstimabiles margaritas perdidisse, quam vel minimum librum, &c. Pius V. Papa, dum apud eum quispiam magni pretii gemmas extolleret, ille manu in libros extensa: En in his veræ gemmæ, &c.

2. *Gemma est laus Dei.* S. Augustinus in Ps. 30. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sic nomen Domini benedictum. Istæ gemmæ laudis Dei unde sunt? Videte foris pauperem, intus divitem. Istæ gemmæ laudis Dei non exirent de eius ore, nisi thesaurum haberet in corde, &c.

3. *Gemma est pietas.* Pet. Cellens. lib. de panib. cap. 14. Gemma pretiosissima pietas: sed facilè ab impietate sumpitur, nisi timore custodiat, &c.

## Gigantes.

1. **G**igantes sunt vitia. Richardus in Pf. 23. Procul dubio quamdiu vivunt gigantes super terram; quamdiu adhuc viget in carne; vel corde carnali enormitas illa horrenda vitiorum; non finitur ille Dominus exercituum, Dominus virtutum, regnum suum possidere quietum, &c.

## Gladius.

1. **G**ladius anceps, amor est & timor, &c. Petrus Cellensis l. 3 Ep. 2. Terra huius carnis nisi aratro disciplinæ convulsa fuerit, quasi clausa vulva inutilis erit, &c. Denique secundò vulnerata tanquam gladio ancipiti, amore videlicet & timore, uberes fructus justitiæ feret, largissimas aquas internæ compunctionis.

2. *Gladius est lingua.* Optatus Millevita. lib. 2. Dei Episcopos linguæ gladio jugulastis, fundentes sanguinẽ, non corporis, sed honoris. Vixerunt postea homines, sed à vobis occisi sunt in honoribus Dei Sacerdotes, &c.

## Gloria.

1. **G**loria est lingua. Pf. 56. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, &c. Novar. lib. 5 Iched c. 8. Id est, ut plerisq; placet, exurge mea lingua &c. Firmari potest ex illo Pf. 16. exultavit lingua mea, ubi Hebræus legit; exultavit gloria mea, &c.

&c. Addit Novarinus : optimè autem lingua gloria dicitur : quia *instrumentum est, gloria divina celebranda præsertim destinatum*, ait hic Simon de Muis. *Et quasi hoc munus illius proprium sit, Deum glorificare*, ait Agellius.

2. *Gloria est anima.* Pl. 29. Ut cantet tibi gloria mea, &c. in quem locum Agellius. Gloria cantet, anima nempe, quæ gloria est hominis, utpote quæ divina sit, & excellentissimæ naturæ. Et post pauca: Hoc autem maximè insigendum est animis, à divina scriptura & Spiritu sancto animam humanam vocari gloriam, quâ unâ re homo cæteris omnibus corporeis rebus excellit, quàmque gloriam illibatam servate maximo studio quisque debet, ne turpitudine aliqua vitiorum inquinetur, &c.

3. *Gloria sunt filii.* Olearter in cap. 12. Isai. Posset etiam per gloriam intelligere filios ipsos, & nepotes; qui omnes ab Eliachim, velut res suspensa à clavo pendebant: quemadmodum omnia vasa parva & magna templi à clavo pendent, scilicet crateres, &c.

4. *Gloria est Christus.* Procopius in Isai. c. 40. Gloriam autem Domini Filium appellat, tanquam qui omnia à Deo creata longè superans, eiusdem sit cum Patre divinitatis, &c.

5. *Gloria est Deus ipse.* S. Aug. in Pl. 105. Eleganter lanè, non ait; Et mutaverunt gloriam  
nam

riam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis; sed gloriam suam dixit: Deus enim erat gloria eorum, si eius sustinerent consilium, & non festina- rent, cui dicitur gloria mea, & exaltans ca- put meum, &c.

Agellius in Ps. 149. Nec multum ab hoc sensu distat, exultaturos sanctos in gloria, hoc est, in Deo, qui sæpè gloria appellatur, ut A- postolus ad Rom. Mutaverunt gloriam in- corruptibilis Dei, in imaginem corruptibilis hominis.

### Grammatica.

1. **G**rammatica est Christus. B. Petrus Damiani lib. 8. Mea Grammatica Christus est, qui homo pro hominibus factus est, & in ipso quidquid est, Fratrum meorum ædificationi consulere, hoc solum mea novit Epistola reddere, &c.

## H

### Hannus.

1. **H**annus est aurum. Anton. in Melissa hierm. 34. ex S. Basil. Aurum est a- nimorum laqueus, esca peccati, hamus mor- tis, &c. Huc illud Phocylidis: Aurum sem- per dolus & inescatio est, & argentum homi- nibus, &c.

2. *Hannus est usura.* S. Greg. Nicænus orat. contra uluras. Circumfert oculos, ut  
misc.

miferis escam ostendat, qui ei ob necessitatem inhiantes, devorent simul usuræ hamum, &c.

3. *Hamus sunt lesiones.* Philo Jud. lib. de mundi opificio. Scire oportet, quod voluptas tanquam lasciva meretricula amatorem appetit, querens stupri conciliatores, per quos illum ceu hamo captat, &c.

4. *Hamus sunt bona temporalia.* S. August. de agone Christiano. c. 7. Gaudet piscis quando hamum non videns, escam devorat, sed cum piscator eum adducere cœperit, viscera eius torquentur primò, deinde ab omni lætitiâ sua per ipsam escam, de qua lætatus est, ad consumptionem trahitur. Sic sunt omnes, qui de bonis temporalibus beatos se esse putant; hamum enim acceperunt, & cum illo vagantur. Veniet tempus ut sentiant, quanta tormenta cum aviditate devorârint, &c.

*Herbæ.*

1. **H**erbæ sunt sententiæ sac. Scripturæ, &c. v. Sylva. n. 1.

*Honor.*

1. **H**onor est humilitas. S. Bern. serm. 34. in Cantica: Humilitas in honore, honor est ipsius honoris, & dignitas dignitatis. Omnis dignitas ipso dignitatis homine indigna est, si humilia dedignatur, &c.

*Hæmus.*

*Hyems.*

1. **H**Yems est homo inconstans. Clem. Alex. lib. 4. Strom. Multi habent affectionem non ab similem constitutioni hyemis, instabilem, & inconfidabilem, &c.

*Hydra.*

1. **H**Ydra est debitum. Gorgias Aristidi scribens apud Theophylactum in Epistolis: Ab aliis mutuam sumis, & aliis debitum persolvis, simile quidam faciens his, qui mortis formidine semetipsos præcipites dant. Æris verè alieni contractio multiplex hominibus malum est, & fabulosam hydram spontaneis pullulationibus, & difficultate superat. Et in somniis perhorresce, &c.

*Hydropicus.*

1. **H**Ydropici sunt vana gloria studiosi. Chrysost. hom. 21. in Epist. ad Ephes. si alatur in aula Regia, multi sunt illic & Græci, & Philosophi, & ob præsentem gloriam tumidi, tanquam locus quidam repletus hydropicis. Tale quid est aula regia, omnes sunt inflati, & tumidi: qui autem non sunt, studium ponunt ut fiant, &c.

**I.***Idolum.*

1. **I**Dolum est inanis gloria. vide Aurum.  
D. 4.

*Ignis.*

1. *Ignis sunt sapientes.* Rabbi Eliezer. Esto calefaciens te ante ignem sapientum, &c. v. Carbo, n. 2.

2. *Ignis est charitas.* Cassiod. lib. de amicit. Charitas nunquam otiosa est, semper in alterum se porrigit, vel in proximum, vel in Deum. Natura nimirum charitatis est, & amare, & velle amari: sicut enim ignis non potest non ardere; sic charitas non potest non amare, &c.

S. Isaac Presbyter lib. 1. de cont. mundi. Ignis in siccis lignis accensus difficilius extinguitur. Et calor Dei qui fit & incidit ad cor renuntiantis seculo; eius ignitio non extinguitur, & est acutior igne, &c.

3. *Ignis est impietas.* Mercurius Trismegistus cap. 10. Qualis ignis tantam flammam habet, quantam impietas?

4. *Ignis est Spiritus sanctus.* Act. Apost. c. 2. Apparuerunt illis dispersitæ linguæ tanquam ignis, &c. Deus noster ignis consummens, &c. Huc facit: Quinquagesimo post Pascha die data Hebræis lex in monte Sinai; Apostolis 50. die Spiritus sanctus ignearum linguarum formâ. In cœnaculi loco in quo Spiritum sanctum acceperunt Apostoli, Mo-  
naste-



nasterium Franciscanorum ædificatum est: sed Turcæ Monasterium in Palatium vertunt, huncque locum in tanta veneratione habent, ut non nisi discalceati eum intrent. Sic Adrichomius in descript. Hierusalem. n. 6.

Florentiæ in die Pentecostes injectus ignis à superiore parte templi, linguarum formâ, multa loca combussit, nec ullâ vi aut consilio extingui potuit, &c. Brutus lib. 5. Hist. Florent.

5. *Ignis est invidia.* Nonnemo apud Novar. sched. lib. 11. c. 1. Invidia, ut ignis, non nisi excelsa appetit, &c.

### *Imaginaria.*

1. **I**maginaria sunt qua mundana. Tertull. de corona mil. cap. 13. Omnia imaginaria in seculo, & nihil veri, &c. Seneca ad Marciam c. 10. Quidquid est hoc Martia, quod circa nos ex adventitio fulget, liberi, honores, opes, ampla atria, & exclusorum clientum turba, referta vestibula, clara, nobilis, aut formosa conjunx, cæteraque ex incerta & mobili sorte pendentia, alieni commodatique apparatus sunt; nihil horum dono datur, &c.

Petrus Cell. lib. 5. Ep. 13. currit, fluit, fugit, labitur, & evanescit, quidquid unquam habere potest mundanus usus, &c.

1. *Imaginaria sunt divitiae.* S. Isid. Peltusio lib. 5. Ep. 36. Non attendamus opum phantasmatis, &c.

S. Chrysoft. hom. 80. in Joan. Nemo pauca hæc, argentum, aurum, & huiusmodi imaginarias divitias videre poterit, nisi maiorum desiderio teneatur; quemadmodum neque plumbeum nummum, nisi aureum possideat, &c.

### *Imago.*

**I.** *Imago Dei est Virgo.* S. Auxentius apud Metaphrasten: Non est par peccatum tunicam frangere & purpuram; Imperatoris imaginem rumpere, & privati. Dei enim imagines sunt virgines.

2. *Imago Dei est Christianus.* S. Gregor. Nicænus orat. de profess. Christ. Qualis enim in imagine species ostenditur, talem etiam formam principalem existimari necesse est. Quocirca si definitio Christianismum Dei imitationem esse dicit, qualem vitam, quam juxta imitationem Dei traduci creditum est, inter vos viderit is, qui nondum mysterii rationem acceperit, tale nostrum quoque Numen esse existimabit, &c.

Idem S. P. lib. de Opific. hominis c. 5. Quemadmodum pictores coloribus quibusdam figuras humanas in tabulis exprimunt, omniq; studio colores proprios & convenientes addere picturæ læ cōantur, ut pulchritudini

tudinem eius, quod exprimunt, exemplaris accuratè in imaginem ipsam transferant: sic nostrum etiam conditorem existimate indentem virtutem animis nostris, iisdem veluti coloribus imaginem suam ad similitudinem propriæ pulchritudinis ornasse, &c.

*Imber.*

1. **I**mber est misericordia. S. Pet. Chrysol. serm. 43. Jejunium non germinat, si de misericordia non rigetur. Siccatur jejunium misericordiae siccitate. Quod imber terris, hoc jejunio misericordia est. &c.

*Insula.*

1. **I**nsulae sunt miseria. Sen. consol. ad Helviam: Humilis & projectus animus, fit contumeliae opportunus: qui verò adversus saevissimos casus se extollit, & ea mala quibus alii opprimuntur, evertit; ipsas miseras insularum loco habet: Quando ita affecti sumus, ut nihil æquè magnam apud nos admirationem occupet, quam homo fortiter miser, &c.

*Insanus. v. stultus.**Infernus.*

1. **I**nfernus est avarus. S. August. lib. de salutariib. documentis cap. 30. Avarus vit inferno est similis; infernus enim quantoscunque devoraverit, nunquam dicit satis est:

ſic eſſi omnes theſauri confluxerint in avarum, nunquam ſatiabitur. S. Chryſoſt hom. 29 in Matth. Avarus in omnes ut mors inſiſſiens, omnes ut infernus deglutiens, communis generis humani hoſtis, quippe qui nullum hominem eſſe vellet, ut omnia poſſideret, &c.

S. Theophilus Alex. Ep. Paſchali 3. Infernus mortuis non expletur, ſed quanto plures ſuſceperit, tanto plures deſiderat. imitatur ergo eum avaritia, nec ſatiari poteſt; ſed quidquid habuerit plus requirit; minus putat ab eo quod cupit, omne quod poſſidet, &c. Plautus in Aul.

*Nulla illis ſatis divitia ſunt? non  
Mida,*

*Non Cyri, non omnis Perſarum  
copia*

*Explere eorum Tartaream inglu-  
viam poteſt, &c.*

### *Incus.*

1. **I**nus eſt Monachus. S. Ephrem. de imit. Componaris Monache inſtat mallei & incudis in mente tua, & aſſet cogitationes cordis tui, & reprobas atque inutiles a te repelle, &c.

### *Innocentia.*

1. **I**nnoſcentia eſt libertas. Philoſophus quidam nomine Secundus, interrogatus quid eſſet

esset libertas, respondit: Innocentia. Scitè.  
nam sine ista omnis alia misera servitus est.  
Novar. sched. l. 2. c. 16.

### *Inaures.*

1. **I***naures sunt lex divina, &c.* Cant. 1.  
v. 10. Paraphrastes ait: Dixit Do-  
minus ad Moysen: Quàm pulcher est po-  
pulus hïc, ut dentur eis verba legis, & sint  
sicut *inaures* in maxillis eorum.

2. *Inaures sunt pudicus auditus.* Greg.  
Naz. ad Olympiadem in Parzen. Carm. Au-  
rium tuarum ornatus, non in margaritis; sed  
in eo situs sit, ut optima quæque verba exci-  
pian: malis autem & perniciosis animi cla-  
vis imponatur, sicque tam clausis quàm  
apertis auribus sua pudicitia constet, &c.

3. *Inaures verbi Dei auditio.* August.  
lib. Homm. hom. 26. Qui verbum Dei  
libenter audit, *inaures* animæ de patria Pa-  
radisi transmissas se suscepisse non dubitet,  
&c.

Hoc & illud Ambros. l. 3. de virg. Auri-  
bus non suspendenda onera, non infigenda  
vulnera, sed unus ornatus est; audire quod  
profit, &c.

### *Infirmetas.*

1. **I***nfirmetas dicitur vita humana.* August.  
scm, 34. ex 40. ait: Omnis vita ista  
nostra

nostra infirmitas : & longa vita nihil aliud  
quàm longa infirmitas, &c.

2. *Infirmitas sanctitas.* Salvianus l. 1. de  
gubern. Dei. Quæris, quisquis ille es, quâ  
ratione infirmi sunt sancti viri? respondeo  
breviter: quia ideò sancti viri infirmiores se  
esse faciunt; quia si fortes fuerint sancti esse  
vix possunt. Opinor enim omnes omninò  
homines cibis ac poculis fortes esse: infir-  
mos autem abstinentiâ, ariditate, jejuniis.  
Non ergò mirum est, quòd infirmi sunt, qui  
usum earum rerum respuunt, per quas alii  
fortes fiunt, &c.

L.

*Laquearia.*

1. **L**aquearia sunt Monachi. Honorius  
in c. 1. Cantic, ad illud, Laquearia  
nostra cupressina: Laquearia cupressina sunt  
Monachi, & omnes Religiosi, quorum  
sanctitatis exempla templum Dei ornant,  
& aliorum opera orando portant. Et sicut  
cupressus præcisa non revirescit, unde &  
ante feretrum mortuorum solebat portari:  
ita ipsi nunquam secularia repetunt, &  
semper quasi præsentem mortem aspiciunt,  
& in habitaculum Dei coedificari votis &  
moribus appetunt, &c.

## Laqueus.

1. **L**aqueus est pecunia,

2. **L**aqueus est hæresis, &c

3. *Laqueus est tentatio in castitate.* S. Ambrosii lib. 4. in Lucam : Laqueus in pecunia, laqueus in religione, laqueus in studio castitatis.

Idem Sanctus de bono mortis c. 5. Laqueus in auro ; viscus in argento , nexus in prædio, clavus in amore. Dum aurum quaerimus, strangulamur ; dum argentum quaerimus, in vilco eius hæremus : dum prædium invadimus, alligamur.

Diogenes Chryszæ scribens apud Theophilactum ait : Non enim tuæ, sed penes te depositæ sunt opes : etenim Phrygis Midæ vitium imitatus ditescis , ut fame conficiaris, quasi laqueis auro strangulatus, &c.

Antonius in Melissa serm. 34. ex Basilio : Aurum est laqueus animorum, &c. huc illud Ausonii Epigramma :

*Thesauro invento qui lumina mortis  
adibat*

*Liquit ovans laqueum quo periturus  
erat.*

*Asqui quod terra abdiderat, non reperit  
aurum*

*Qui laqueum invenit, nexuit &  
perit, &c.*

De Juda eleganter Ven. Drogo Episcopus Ostiensis sermone 1. Jamdiu erat quidem, quod à Christo recesserat, & avaritiæ laqueo se suspenderat: sed quod fecerat in occulto, palam omnibus innotuit, &c.

Vide in cap. 13. Matth. Divitiæ strangulant guttur mentis; nec bonum desiderium in cor intrare sinunt, &c.

Rectè etiam Apostolus 1. Tim. 6. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli. quod expendit S. Ambros. in Ps. 118. orat. 14. Advertis laqueum diaboli esse divitias, quem tetendit etiam Salvatore. Ac ne mediocrem hunc laqueum putes, hic laqueus Judam Apostolum strangulavit, &c.

S. Greg. parte 3. Pastor. Profectò qui augere opes ambit, vitare peccatum negligit, & more avium captus, cum escã terrenarum rerum avidè conspicit, quod stranguletur peccati laqueo, non agnoscit, &c.

Vide etiam Retia, &c.

Quercetanus in Dicit. Polyhist. cap. 3. Qui laqueis avaritiæ irretiuntur, insani prorsus sunt judicandi, &c.

4. *Laqueus est usura.* S. Maximus hom. 3. de jejun. Rectè sanè frequentabis Ecclesiam, si gressus tuos lethalibus laqueis avida illa non implicet, & involvat usura, &c.



5. *Laqueus est prosperitas.* Guigo Medic. c. 14. Prosperitas laqueus est : culter incidens hunc laqueum adversitas, &c.

6. *Laquei Allegoriae plures apud Engelgrave cœli P. 2. f. 581.*

*Labor.*

1. **L**abor est invidia. Procopius in e. 59. **L**isai. Est potius scripturæ usitatum, laboris nomine invidiam idem significare, quod qui eâ laborant, tabescant, &c.

*Labyrinthus.*

1. **L**abyrinthus sunt negotia sæculi. v. Exiliorum n. 1.

*Lampades.*

1. **L**ampades sunt corda sanctorum. Gulielmus in c. 8. Canticorum. Lampades charitatis, id est, in quibus ardet charitas, corda Sanctorum sunt : in his sanè oleum gratiæ est, quo accenditur aliturque ignis charitatis, &c.

Abassinis (ut testatur Godignus lib. 1. c. 22.) cum Matutinum dicitur, præter assuetas, quæ ante aram sunt, lampades, in quib. aruinâ pingui loco olei fovetur ignis, lumen aliud in templo non est, &c. O utinam in Christianorum cordibus aliud lumen non esset, quàm Dei, quàm charitatis.

2. *Lampas est Spiritus Sanctus.* S. Chryso-  
st. in 1. Thessal. 5. hora, 11. Quoniam

nox est, ut ita dicam, lucernâ carens, & in hac nocte ambulamus, dedit nobis Deus præclaram lampadem, ut quæ Spiritûs Sancti gratiam in nostris animis accenderit, &c.

*Legatus.*

1. **L**egatus est concionator. S. August. serm. 5. de verbis Domini: Pauperes interpellant nos, & dicunt ut dicamus vobis, ut aliquid accipiant à vobis, &c. Quia ergò ad eorum necessitatem implendam idonei non sumus, vel ad vos Legati ipsorum sumus, &c.

*Lilium.*

1. **L**ilium est Virginitas. Thomas Cantiprat. lib. 2. c. 29. Beata Virginitas lilio comparatur, tum propter candorem nivem, tum quia ex sex foliis repandis constat, ut cordi primo, deinde 5. sensibus corporis ab omni contagio illibatissimè caveatur, &c.

Aponius ad illud: qui pascitur inter lilia. Cant. 2. Tres pueri Hebræi castitatis dilectione missi sunt inter Babylonicas flammâs. In eis medius ardente fornace: quasi inter lilia Dominus pascitur; eò quòd semper requiescat in cordibus diligentibus castitatem, &c.

*Lima.*

1. **L**ima est pœnitentia. v. Rota. n. 3.

## Liber.

1. **L**iber est experientia. Petrus Bleffensis Ep. 46. Assiduè legitur in libro experientiae, &c.

2. *Liber viventium est historia.* Nicetas Choniates : Haud abs re liber viventium appellabitur historia rerumque gestarum descriptio, tubæ clangor, quo jam olim mortui, velut è sepulchris excitati in medium producantur, &c.

## Locus quid.

1. **L**ocus Deus est. Hebræi Deitatem vocant *Hafachinah*, quæ vox propriè habitationem significat à verbo *sachan* habitare. In libro *Mechilta* dicitur Deus *Machom*, id est, locus. Rabbi *Simeon* in *Pirke avoth*. c. 3. Tres qui comederint ad unam mensam, & in illa de divina lege locuti fuerint, ac si comederint ex mensa ipsius loci, id est Dei, &c. *Galfridus* in c. 3. *Joan.* Locus universalis qui omnia continet, Deus est. *S. Greg.* hom. 9. in *Ezech.* si locus salvare potuisset, *sathan* de cælo non caderet. Unde *Psalmista* ubique in hoc mundo tribulationes esse conspiciens, quæsiit locum in quem fugeret, sed sine Deo invenire non potuit munim. Ex qua re & ipsum sibi locum fieri petiit; propter quem locum quæsiit di-

cens: Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, &c.

Rupertus in Gen. ad illud c. 3. Adam ubi es? ait. Locus hominis Deus est, extra quem nusquam bene est.

Philo de profugis, Dabo tibi locum quò fugiat qui nolens occidit, valdè rectè mihi dictum videtur. Locum enim vocat non eum qui occupatur à corpore, sed obscure ipsum Deum subindicat: continet enim ille, non continetur, & est omnibus refugium, &c. S. Gregor. iterum lib. 8. Moral. Locus hominis, sed non localis, ipse scilicet conditor extitit, qui hunc, ut in seipso consisteret, creavit. Quem nimirum locum tunc homo deseruit, cum seductoris verba audiens à conditoris amore discessit. Sed cum omnipotens Deus redimendo, se homini etiam corporaliter ostendit, ipse, ut ita dixerim fugitivi sui vestigia subsequens, ad retinendum, quem amiserat, hominem locus venit, &c. Et post pauca: si enim appellari locus nequaquam conditor posset, Deum laudans Psalmista non diceret: Filii servorum tuorum habitabunt ibi. Ibi enim non dicimus, nisi cum locum specialiter designamus. Rectè ergò de damnato homine dicitur: Neque cognoscet eum amplius locus eius; quia à conditore suo tantò tunc distinctius in iudicio non cognoscitur, quantò

nunc ad reparationis gratiam nec per dona revocatur. Unde & notandum summopere est, quòd non ait: neque cognoscat amplius locum suum; sed ait: neque cognoscat eum amplius locus eius. Dum enim cognitio non homini, sed loco tribuitur, patenter ipse conditor loci nomine designatur.

2. *Locus est Dei misericordia.* Ugo Carenfis in Ps. 67. Locus Dei proprius est misericordia, in quo ipse est, & erit usque in diem iudicii, sed tunc egredietur de loco isto, secundum quod dicitur Isai. 26. Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, ut visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum.

3. *Locus est tempus.* Cic. de Offic. Locum autem orationis opportunitatem temporis esse dicunt. Et de orat. Nullum habeo instituendi aut docendi locum.

### *Lorica.*

1. *Lorica est fides.* August. in Ps. 34. Ipsum Apostolum videmus dixisse quodam loco, lorica fidei; & alio loco dixisse: scutum fidei; ergò ipsa fides & lorica potest esse & scutum. Scutum est, quia tela inimicorum excipit & repellit. Lorica est, quia interiora tua transigi non finit, &c. Olim Germanis scutum amisisse magnum flagitium erat, quidni & illis, qui fidei scutum per-

perdunt? Apud Lacædemonas in prælio scutum abjicere planè ignominiosum fuit,

### Lucerna.

1. **L**ucerna est caro Christi. August. expendens parabolam Evangelicam Luc. 15, ubi agit in Ps. 138. ait: Quid facit mulier sapiens? accendit lucernam. Lucerna de luto est: sed habet lucem, qua inveniatur drachma. Lucerna ergò sapientiæ, caro Christi, de luto facta est: sed verbo suo lucet, & invenit perditos, &c. similiter Theophyl. in cap. 15. Lucæ. Per mulierem intelligas sapientiam & virtutem Dei & Patris JESUM ipsum, qui perdidit unam drachmam, ex rationalibus & ad imaginem Dei conditis creaturam; hominem inquam; & accendit lucernam suam carnem. sicut enim lucerna, quamvis sit ex terra, illuminat tenebrosa per lucem, quam recipit: ita & caro Domini, licet terrena esset similisque nobis, lumine Deitatis suæ, quam in se recepit, lucem exhibuit, cum incarnatus esset, &c.

2. *Lucerna sunt dies & Planeta.* Hiscunus Exodi 25. septem lucernæ respectu 7. dierum hebdomadæ, & respectu 7. Planetarum, &c.

3. *Lucerna est conscientia.* S. Nilus in Parænesi. Conscientiâ pro lucerna utere in actionibus: ea enim quæ in vita bonæ sint actiones, & quæ malæ, tibi ostendit.

Huc illud Salviani ad Eccles. Cathol. l. 2. Lucernâ opus est, ut lumen possit esse diuturnum: nam si in lychnis ipsis, quibus ad breve tempus utuntur homines, languescit lumen ac deficit, nisi oleum largè fuerit infusum: quanta tibi, quæcunque illa es, quanta tibi olei abundantia opus est, ut lucerna tua luceat in æternum, &c.

4. *Lucerna mundi est Adamus.* Sic eum Hebræi vocant teste Al. Novarino in sched. l. 1. c. 20. quam lucernam quia Eva quodammodo extinxit, idcirco dicunt mulierem teneri ante sabbathum lucernam accendere, &c. Erat autem mos Hebræis sabbatho habere lucernas accensas honori divino.

5. *Lucerna sol est.* Chrysoft. hom. 12. in Ep. ad Ephes. Fecit nobis solem lucere pro lucerna, quis suam adorat lucernam? At præbet lucem: sed quando ille non potest, lucerna potest. Quid ergo adoras lucernam? certè inquit adoro ignem, O rem ridiculam tantum probrum, &c.

### *Lucerna.*

I. **L**ucerna est sacra scriptura studium, Rupertus lib. 8. in Genes. cap. 9. Cæterum

terum, & benè juxta anagogen claudicat Jacob ille, qui cum Deo luctatus est. Luctatur enim cum Deo quamdiu sacræ scripturæ studiis accinctus incumbit, sensumque verbi Dei fugientem tenere contendit, &c.

*Lumen.*

1. **L**umen sunt Martyres. Tertullia. lib. ad Mart. c. 2. Habet tenebras carcer, sed vos lumen estis illi; habet vincula, sed vos soluti Deo estis, &c.

2. *Lumen est vir doctus.* v. Palatium n. 7.

2. *Lumen est Monachus.* S. Nilus Orat. de superb. Monachus perpetuum lumen in cordis oculo est, &c.

4. *Lumen est castitas.* S. August. ser. 730. Jejunium castitatis verum lumen accendit, &c.

5. *Lumen est humilitas.* Hesych. Presb. cent. 1. n. 83. Ut absente lumine caliginosa, & tenebrosa sunt omnia: ita si desit humilitas, omnia studia nostra, quæ in Deo colendo impendimus, vana sunt & frivola.

*Luna.*

1. **L**una est avarus. S. Anton. Ulyssone ser. 5. in Dom. 3. post Epiph. stultus inquit Ecclesiastes, id est, avarus, ut luna mutatur, crescit, decrescit, in eodem sistere nescit, &c.



Insuper hæc Luna eclipsim patitur. Hugo Carenfis in cap. 28. Prov. Avarus terram interponit sibi, & vero soli, unde continuam patitur Eclipsim, &c.

Hæc eclipsis ipsiusmet avari vitio fit. Quia noluît intelligere ut benè ageret. Ps. 35. hoc est, avertit se à sole spontè, ut eclipsaretur. S. Ambros. in eum Psalmum: Intelligere noluît: quia avarus homo, & pecuniæ intentus, à cogitatione divinitatis vigorem suæ mentis avertit, &c.

2. *Luna sunt temporalia.* Hugo Card. in Apoc. c. 12. Per Lunam intelliguntur temporalia, quæ crescunt & decrescunt, nihil habentia stabile, &c. v. Engelg. Cœli P. 2. fol. 244. similia habet Rich. de S. Laur. de laud. vitg. lib. 2. p. 4. terram habeas sub pedibus, temporalia bona & desideria terrena subpeditando, & carnales affectus vilipendendo & conculcando, ut sis sicut illa mulier, quæ describitur Lunam habens sub pedibus, &c. Et Rupert. Abb. in cap. 12. Apoc. Luna pro sui mutabilitate rectè mundi huius bona mutabilia significat, quibus stultus servit, sapiens imperat, neque dici rectè potest de anima eius, quòd sit mulier amicta sole, & Luna sub pedibus eius; sed nimis perversè amicti Lunâ, solémque nititur habere sub pedibus, &c.

3. *Luna est defectus corruptionis* S. Bern. serm. signum magnum. Solet Luna non modò defectum corruptionis, sed & stultitiam mentis, nonnunquam verò Ecclesiam huius temporis designare: illam quidem propter mutabilitatem, quia stultus ut Luna mutatur: hanc sanè propter acceptum aliunde splendorem &c. Plura ap. Engelgr. cit.

## M.

*Manus.*

1. **M**anus est scriptura. Claud. Antioch. c. 3. in Ep. ad Galat. Manus dicitur scriptura, quæ fit per manum: dicimus enim prolata est manus eius; lecta est adversum eum manus eius &c.

S. August. Conc. 2. in Psal 34. dicis de aliquo: Agnovi faciem ipsius; de membro corporis loqueris, & dicis etiam: Agnovi manum ipsius absentis: non manum in corpore, sed scripturam quæ facta est per manum, quæ erat in corpore, &c.

2. *Manus est verbum divinum* &c. Petrus Galatinus c. 2. lib. 3. Quòd manus Dei verbum dicatur, ex eo potissimum patet, quòd apud Isai. c. 48. sic legitur: Manus quoque mea fundavit terram, & dextera mea almo mensuravit cœlos; hoc enim Ionathas ita

in Thargum exponit: Verbo quoque meo fundavi terram, & in virtute mea vel fortitudine mea mensuravi cœlos, &c. Rursus quod apud eundem Prophetam c. 45, sic dicitur: Ego feci terram, & Adam super eam creavi. Manus meæ extenderunt cœlos, & omni exercitui eorum præcepi. &c. Idem interpretes ita Chaldaicè exposuit: Ego verbo meo, vel per verbum meum feci terram, & homines super eam creavi: ego in fortitudine mea extendi cœlos, & omnes virtutes eorum confirmavi. &c.

3. *Manus est sermo.* PROV. I. V. 24. Extendi manum meam, 70. vertunt: Et extendebam sermones.

4. *Manus est operatio hominis.* Guillelm. in cap. 5. Cantic. ad illud: manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hiacynthis, ait: manus debent esse aureæ, hoc est, apud Deum in cunctis actionibus auro charitatis præfulgidæ &c. Tertio dicuntur esse plenæ hiacynthis, hoc est, decenti & gemæa quâdam actionis specie, etiam foris coloratæ. Duo enim sunt, quæ actionem commendant: animus agentis, & exterior species actionis. Bona intentio commendat opus ad Deum; honesta operis superficies commendat illud apud homines. &c.

5. *Manus sunt viri Apostolici.* S. Ambros. in obitu Valentiniani: Bonus operarius manus Christi &c. Huc

Huc illud Philonis lib, Allegor. Manus Moisis graves : nam cum hominis mali actiones subitanæ levésque sint ; meritò sapientis graves habentur , immobiles inconcussæque : ideòque fulciuntur ab Aarone ratione & lumine , quod nulla lux in rebus sit clarior, quàm veritas. Vult igitur scriptura figuratè docere te , sapientis actiones necessariò fulciri veritate rationéque. &c. v. Brachium.

6. Manus Allegoriæ ap. Engelgr. cœli P. 2. f. 78t.

*Martyr.*

1. **M**artyr qui passionem domat. Aug. ser. 232. ad Fratres. nemo dicat Fratres charissimi , quòd in istis temporibus Martyrum certamina esse non possint : habet enim & pax nostra Martyres suos. Nam sicut frequenter suggestimus , iracundiam mitigare , avaritiam contemnere , superbiam humiliare , pars magna Martyrij est &c.

2. *Martyr est contemptor mundi.* S. Aug. ser. 46. de sanctis : Non martyrium sola effusio sanguinis consummat , nec sola dat palmam exultio illa flammarum. Pervenitur non solùm hoc casu , sed etiam contemptu carnis ad coronam. Absque injuria sanctorum in persecutionibus defunctorum dicere liceat : Carnem afflixisse libidinem superasse

perâsse, avaritiæ restituisse, de mundo triumphâsse pars magna Martyrij est.

Ambrosius in Psalm. 118. Persequitur avaritia, persequitur ambitio, persequitur luxuria, persequitur fornicatio. &c. Isti sunt persecutores graves, qui sine gladij terrore mentem hominis frequenter elidunt; qui illecebris magis quàm terroribus animos expugnant fidelium. Hi tibi hostes cavendi, hi graviores Tyranni, per quos Adam captus est. Multi in persecutione publica coronati, occultâ hac persecutione ceciderunt. Foris inquit pugnæ, intus timores. Advertis quàm grave certamen sit, quod est intra hominem, ut secum ipse configat, cum suis cupiditatibus prælietur? Ipse Apostolus fluctuat, hæret, astringitur, captivari se asserit in lege peccati & mortis corpore debellari; nec potuisse evadere, nisi esset Domini Iesu liberatus gratiâ. Verùm ut multæ persecutiones ita multa Martyria. &c.

Pergit deinde idem S. Amb. Quotidie testis es Christi. Tentatus es spiritu fornicationis, sed veritus Christi futurum iudicium, temetandam mentis & corporis castimoniam non putasti: Martyr es Christi. Tentatus es spiritu avaritiæ, ut possessionem minoris invaderes, indefensæ viduæ jura temerares, & in contemplatione cælestium

um præceptorum, opem magis ferendam, quam inferendam injuriam judicasti: testis es Christi. &c. Tentatus es spiritu superbiæ, sed videns inopem atque egenum, piâ mente compassus es; humilitatem magis quam arrogantiam dilexisti; testis es Christi, & quod est amplius non sermonis tantummodo, sed etiam operis testimonium perhibuisti. Testis es Christi, quis enim locupletior testis est, quam qui confitetur Dominum Iesum in carne venisse cum Evangelij præcepta custodis; nam qui audit & non facit, negat Christum: & si verbo fatetur, operibus negat &c. Quanti ergo in occultis quotidie Martyres Christi sunt & Iesum Dominum confitentur! &c.

S. Eucher. hom. de S. Geneseo: superaverunt illi corporum dolores; nos superemus morum & cordium passionēs. Vicerunt illi tormenta; nos vitia. Illi sacrificare Dæmonis horruerunt; nos malitiam, invidiam, obtreccationes, contentiones, tanquam prophana sacrificia detestemur; ut inter hujus mundi afflictiones, vitia, persecutores virtutis probent esse nos Martyres. &c. acquiramus nobis novum, non carnis morte; sed carnalis vitæ mortificatione Martyrium, ut de nobis quoque viventibus dici possit: Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus. &c.

Idem S. Eucher. hom. de SS. MM. Lugdun ; Illustrium bellatorum pugnas , privatâ cum possessionibus nostris congressione meditemur ; nam quia novimus sine persecutore bellum , potest dare Deus & sine cruce Martyrium. &c.

3. *Martyres sunt, qui patienter ferunt reprehensiones.* S. August. de conflictu vitiorum ; Genus quoddam Martyrii est non ignobile , reprehendentes æquanimiter ferre &c.

4. *Martyres sunt qui vincunt tentationes.* S. Aug. ser. 44. de diversis ; Multi coronati sunt in amphitheatro pugnantes ad bestias , multi in lecto vincentes Diabolum coronantur , ac videntur non se movere posse , & intus in corde tantas vires habent , tantam pugnam exercent. sed ubi est occulta pugna , ibi occulta victoria. Quare ita diximus Fratres ? ut quando celebratis natalitia Martyrum , imitemini Martyres ; nec putetis, ideo vobis deesse posse occasiones coronæ , quia modò desunt tales persecutiones ; nec modò enim desunt quotidie persecutiones à Diabolo , sive per suggestionem , sive per molestias aliquas corporis. &c.

Idem ser. 39. de diversis ; Multi ergò ducunt Martyrium in lecto ; prorsus multi. Est quædam persecutio Sathanæ occultior & astutior , quàm tunc fuit. Iacet fidelis in le-

cto, torquetur doloribus, orat, exauditur, imò non exauditur, sed exercetur: sed ut recipiatur filius, flagellatur. Ergò cum torquetur doloribus, venit linguæ tentatio &c. Non cedit, non obtemperat, non cor inclinat: certat tamen. Vires non habet, & Diabolum vincit. Fit Martyr in lecto coronante illo, qui pro illo pependit in ligno. &c.

5. *Martyres sunt literarum studiosi.* Cæsar. lib. 12. Exempl. cap. 46. narrat de apparitione facta cuidam Inclusæ: In civitate Bonensi quædam Inclusa erat habitans, religiosa satis, atque devota: hæc cum nocte quâdam rimulis cellæ suæ splendorem immitti cerneret, & diem esse putaret, territa propter horas nondum dictas, surrexit, & fenestram versus cæmeterium aperuit, & ecce juxta caput sepulchri cujusdã scholaris recenter illic sepulti, miri decoris fæminam stare conspexit: gloria corporis eius eandem lucem creaverat: stabat & columba nivea super tumulum, quam illa rapiens misit in sinum suum. Inclusa verò licet jam intelligeret, quæ esset; tamen cum reverentia, quæ nam foret requisivit. Cui illa: Ego sum mater Christi: & animam scholaris, qui verè Martyr est, tollere veni. Reverà scholares si innocenter vivunt, & libenter discunt; Martyres sunt. Quodsi postea artes do-



doctas in charitate, maximè in Dei servitio exerceverint; magnam ex hoc mercedem consequentur.

6. *Martyres mundi sunt Aulici.* Petrus Blessen. Ep. 14. Nunc autem sunt Martyres seculi, mundi Professores, discipuli curiæ, milites Herculini: per multas siquidem tribulationes, intrant justi in regnum cælorum: hi autem per multas tribulationes promerentur infernum. &c.

### *Malleus.*

1. **M**alleus est Monachus. v. Incus.  
 2. Malleus est disciplina. v. Rota n. 3.

### *Margarita.*

1. **M**argarita est Christus. v. Thesaurus n. 1.

### *Machina.*

1. **M**achina est opulentia. Nicetas Choniates lib. 1. Annal. de Joanne Puzeno: Argenti machinis non concutiebat, &c.

### *Magnes.*

1. **M**agnes est sermo. Liban. To. 2. ser. de vita sua: Pulchritudo in sermonibus, insita magnetis vim obtinet, &c.

2. *Magnes est gratia Dei.* De S. Walenico Abbate Author ejus vitæ apud Sur. 1.

Aprilis. Quemadmodum magnes lapis ferum ad se trahit : ita etiam gratia Dei, quæ in sancti viri cultu verbisque & moribus re-  
lucebat, per multos ad vitæ eius piam quan-  
dam ferventemque æmulationem invitavit,  
& adduxit. &c.

3. *Magnes est exemplum bonum.* De S.  
Eutychio Patriarcha Constant. author vi-  
tæ : Eustatius Presb. Quamvis qui illi  
magis hærebat, tantò magis attrahebatur,  
eodem ergò illum affectùs modo, quo er-  
ga Magnetem lapidem ferum, quod arca-  
na quadam naturali illius vi trahitur. &c.

*Mammilla.*

1. *Mammilla est justitia.* Goffridus Ab-  
bas lib. 1. Ep. 4. Injuriis & persecu-  
tionibus, quas Carnotensis Episcopus nobis  
suscitavit, & suscitari fecit, valdè fatigati,  
ad sinum matris nostræ sanctæ Romanæ  
Ecclesiæ, mammillam justitiæ sitientes con-  
fugimus. &c.

*Meretrix.*

1. *Meretrix est mundus.* Isaac Presb.  
Mcap. 2. de mundi contemptu ait :  
Mundus est meretrix, quæ desiderio pulchri-  
tudinis suæ, ad concupiscendum trahit vi-  
dentes eam ; qui autem particulariter eius a-

mōre deceptus ipsum fuerit amplexatus, à manib. ejus non potest evadere, donec spoliat eum vitā suā; & cum exspoliaverit eum ab omnib. ejiciet eum de domo sua, & in die obitūs sui homo cognoscer eum. &c. Huc illud August. hom. 34. Amor mundi adulterat animam, amor fabricatoris mundi castificat animam, &c.

2. *Meretricius vultus sunt divitiæ.* S. Chrysof. homil. Quod nemo læditur nisi à se ipso, ait: sicut plerumque meretricis vultus, cum fœdus & turpis est, per naturam fucis & coloris pigmentariis prostituitur, ad decipiendos eos, qui ignorant, quanta fœditas sub velamine fuci illius contegitur: ita & divitiæ faciunt. &c.

### *Medicina.*

1. *Medicina est elemosyna.* Lucæ 6.  
**M**Extende manum tuam. Extendit, & restituta est manus ejus: in quem locum Novatinus: Manus medico extenditur, ut venam tentet, & ægrum sanitati restituat: etiam dives pauperi manum porrigit, non tam ut pecuniam largiatur, quàm ut recipiat sanitatem. S. Ambros. lib. 5, in Luc. Extende manum tuam, communis ista generalisque medicina est, extende sapius eam ad illum pauperem, qui te obsecrat, ac

per ipsum indepturus sanitatem sis. &c. In eundem sensum Chrysol. serm. 32. Manum dives in opere pietatis extendat, relaxet eam in misericordia, in eleemosynis pomigat, &c. & subdit: sanari nescit, qui nescit pauperi scenerari; respuit medicinam, qui eleemosynam non præbet. &c.

2. *Medicina est quibusdam aurum*, Lucianus in Timone. Atqui si cunctet paulisper, mox cædis mercurum ages. *Gna.* Nequaquam; quin tu planè vulneri medere paululo auti iuncto: mirum enim in modum præsentaneum id est remedium &c.

3. *Medicina animi est Bibliotheca*. Diodorus Siculus lib. 2. c. 1. sequebatur sacra Bibliotheca, in qua inscripum: Animi medicamentum. &c. Huc illud Theophyl. Ep. 72. Qui etiam utilissimum mihi phar-macum salubribus literarum plantis appa-ravi & condidi. Hoc etiam quia tibi conducere video, ut primum occasionem nactus fuero, ad te mittam. &c.

4. *Medicina est tribulatio*. S. August. in Psal. 27. Intelligat homo medicum esse Deum, & tribulationem medicamentum esse ad salutem, non pœnam ad damnationem &c. Polyanth. tit. Patient.

5. *Medicina peccatorum est misericordia*. S. Gaudentius in Præf. ad suos tracta. providenter fecit Deus divitem, ut per opera  
mij-

miseri cordiæ invenires peccatorum tuorum  
vulncrib. medicinam. &c.

### *Metropolis.*

1. **M***etropolis festorum est Natalis Domi-  
ni.* S. Chrysoft. hom. 3. omnium  
solennitatum augustissima & maximè stu-  
penda, quam haud erraverit, qui Metropo-  
lim festorum omnium dixerit. &c.

### *Mensura.*

1. **M***ensura est scriptura sacra.* S. Greg.  
hom. 13. in Ezechielem, ad illud c.  
4. Ezech. Et in manu viri calamus mensu-  
ræ: ait: Potest calamus mensuræ scriptura  
sacra pro eo intelligi, quòd quisquis hanc  
legit, in ea semetipsum metitur, vel quan-  
tum in spirituali virtute proficit, vel quan-  
tum à bonis, quæ præcepta sunt, longè dis-  
junctus remansit, &c.

2. Mensura est homo. Protagoras vult,  
ut habet Sextus Empiricus Hypoth. l. 1. Ho-  
minem omnium rerum esse mensuram. &c.

### *Medicus.*

1. **M***edicus est intellectus.* Philo lib. de  
Agricultura. Quamvis intellectus se  
ipso auctior factus, tanquam medicus cor-  
porum, sic ipse naturarum anatomiam exer-  
ceat, nihil inde ad virtutem lucrabitur: di-  
videt

videt ille quidem unguam, distingueréque valebit singula; non ruminabit tamen, ut juvetur hoc cibo per reminiscentiam, deposita per commundicationem eius asperitate, quam ex anima peccatis contraxerat conciliataque esurie ad facilius deglutienda, quæ iterum contrita sunt, &c.

2. *Medicus est Christus.* S. Ambros. lib. de viduis: Et tu igitur, quæ variis mundi æstus cupiditatibus vel formâ viri alicuius capta vel pecuniâ; roga Christum, adhibe medicum, porrige ei dexteram tuam: tangat interiora tua Dei manus, verbique cœlestis gratia interiorum venas scrutetur animorum.

### *Militia.*

1. *Militia est studium literarum.* Petrus Blessensis Ep. 9. Diu te invitavi ad studiosam militiam, &c.

2. *Militia est servitium Dei.* S. Petrus Dam. opulc. 13 cap 1. Quapropter charissimi in vires vos Christo auxiliante colligite, eiusque militiam, in cuius arma iurastis, non segniter, non enerviter, sed fervidè potius ac viriliter baiulate.

### *Moneta.*

1. *Moneta est verbum divinum, &c. v.* Trapezitæ n. 1. vide etiam Numisma, Pecunia, Aurum, &c.

## Monile.

1. **M**onile est meditatio. S. Hieron. in e.  
 4. Jerem. Si te monili ornaveris aureo, id est, meditationem habueris sensus & intelligentiæ spiritualis, &c.

## Mola.

1. **M**ola est secularis actio. S. Pet. Dam.  
 Opusc. 12 cap. 23. Mola in gyro ducitur, & farina profertur, unaquæque autem mundi huius actio, mola est, quæ dum multas curas congerit, humanas mentes, quasi per gyrum vertit; atque ex se quasi farinas projicit: quia seducto cordi semper minutissimas cogitationes gignit, &c.

2. *Mola est mundus*, v. Enclir. Cæli. P. 2. f. 703. & 710.

## Morbus.

1. **M**orbus sunt divitiæ Salvianus lib. 2.  
 ad Eccles. Catholicam. Pessimum ac feralissimum morbi genus, divitiæ conservatæ in malum Domini sui, &c.

2. *Morbus est avaritia*. S. Basil. in homil. Laciziæ habita; Nusquam quiescit avaritiæ morbus, &c. S. Isid. Pelusio. lib. 3. Ep. 412. de amore divitiarum loquens: Inexplicabilis hic morbus est, & ænigmati similis.

Palladius cap. 5. hist. Lausiæ: Huic Virgini, quæ solo nomine sibi paraverat ap-

pellationem, cum venam, ut dicitur, vellet incidere ad levandam avaritiam sanctissimus Macarius Presbyter, &c. S. August. lib. de agone christiano c. 11. Quæ avaritia sanari potest, si paupertate filii Dei non sanatur &c. Hue etiam illud Horatii lib. 1. Ep. 1.

*Fervet avaritiâ, miserâque cupidino  
pectus?*

*Sunt verba & voces, quibus hunc leni-  
re dolorem*

*Possis, & magnam morbi depellere  
partem, &c.*

### *Morsus.*

1. **M**orsus est usura. Oleaster in cap. 12. Exodi: Verbum Nasach, à quo nesech, id est, usura, significat propriè mordere; & Nesech morsum, &c. Usura bona murus accipientis mordet quousque consumat, &c.

Agellius in Ps. 13. ad illud: Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, addit: in Hebræo, ad morsum. Nam ad usuram dans co pacto dat, ut aliquid de bonis eius, cui dat: tanquam morsu auferat, &c.

S. Chrysof. hom. 12. in Matth. similis est pecunia usuraria aspidis morsui: sicut enim qui ab aspide percutitur, quasi delectatus vadit in somnum, & sic per suavitatem soporis moritur; sic & qui accipit pro usuris, pro tempore delectatur, quasi qui benefici-um accipit, & sic per suavitatem benefici-um



non sentit, quomodo captivus efficitur. Nam sicut venenum aspidis latenter per omnia membra discurnt, & corrumpit: sic usura per totas facultates eius discurnt & convertit eas in debitum, &c. Rabbi Salomon: Usura se habet instar morsûs serpentis, qui mordet & vulnus parvum facit in pedes alicuius, ita ut non sentiat; mox autem serpit, & diffundit se venenum, donec perveniat ad verticem eius. Sic quoque incrementum usuræ se habet: non enim sentitur neque cognoscitur, donec ita augeatur, ut totam substantiam alicui exhauriat.

### *MUSICUS.*

3. **M***usicus est concionator.* S. Chrysostr. hom. 1. de pœnit. Necessè est orationem suppressere: nam cupio Patris audire vocem, quoniam ipsi quidem pastoralis pueri calamo sibilamus; hic autem veluti Musicus optimus auream cytharam modulatus sonorum consonantiâ universum excitat theatrum, &c.

### *MURUS.*

4. **M***urus est virginitas.* Poëta quidam apud Novar. sched. lib. 6. c. 14

*Virginitas animi murus, victoria carnis!*

*Pectus honestatis sancta pudicitia est.*  
*&c.*

2. *Murus est jejunium.* Petrus Chrysol ser. 8. vocat jejunium castitatis murum, pudicitiae propugnaculum, &c.

3. *Murus est prudentia.* Antisthenes apud Hesychium lib. de viris clavis: Prudentiam murum esse longè tutissimum, qui neque defluat, neque proditioe capiatur, &c.

### Musca.

1. **D***Aemon est.* S. Ephrem serm. ascet. exhort. ad Tract. Tom. 2. Inter improbos versatur ut Draco, at inter luxu diffluentes ut musca. Perspicuum igitur est, eum inter securos culicem fieri, ut noceat. Vasa quidem communitè, ne à muscis illudantur, animam verò imminutam relinquere absurdum est, &c. v. To. 1. Bibl. Manu. f. 945.

*Musca invidus est.* S. Zeno serm. de livore. Sicut muscæ omisso sano corpore, sicubi vulnus est, concitæ præcipitesque conveniunt; ita & invidi, si quid in hac vita benè gestum est, &c. nihil prorsus vident, &c. sicubi autem quid culpabiliter gestum, &c. hoc loquuntur, hoc proferunt, ib. To. 2. f. 901.

## N.

## Nauclerus.

2. **N**auclerus est Episcopus. Constitut. Apostol. 1. 2. c. 57. In medio Lector ex edito loco legat: deinde hortentur populum Presbyteri, non omnes simul, sed singulatim, & postremus omnium Episcopus, qui similis est gubernatori navis, &c.

## Navis.

18. **N**avis est mulier, vide Engelg. Cœli P. 1. f. 597. & seq.

## Naufragium.

10. **N**aufragium est vita. Cœli P. 2. f. 523.

## Nihilum.

12. **N**ihil sunt humana omnia. S. Basil. in Psal. 9. loquens de Davide: cui recto certius constaret: omnia humana, cinis, pulverem, nihilque esse, &c.

2. **N**ihil sunt divitias. Prov. 13. Est quasi dives cum nihil habeat. in quem locum Hugo Carenensis: Est quasi dives, sed non vere dives: quia tantum divitias huius mundi habet, cum nihil habeat, &c.

## Nidus.

1. **N**idus est disciplina. B. Aëlredus Abbas lib. 1. spec. charit. cap. 5. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo: .bo:

do : & requiescam ? Plumescat interim Domine JESU, plumescat quæso anima mea in nido disciplinae tuæ, pauset in foraminibus petrae, in caverna maceræ. Amplectatur te interim Crucifixum : sumat tui dulcissimi sanguinis haustum, &c.

*Nox.*

I. **N**ox est ira. In sent. Ethico-Polit. Nox vera animi ira est ; cernere verum nam vetat, &c.

*Novacula.*

I. **N**ovacula est diabolus. Nicetas apud S. Greg. Nazianz. orat. 40. sicut novacula acuta fecisti dolam : in diabolus quoque torqueri queat : ut enim novacula apprimè exacuta ita eorum abscindit, ut qui raditur nihil sentiat : sic etiam diabolus, qui è calliditate atque versutia, dolos ita machinatur, atque animæ gratiam, hoc est, virtutem, & scientiam detondet, ut ea sibi laxè ornamenta detrahi non sentiat, &c.

*Nubes.*

I. **N**ubes sunt Angeli. Cyrillus Alexand. in Oseam : Nubes autem sanctæ, & quas mentis oculis videmus, virtutes intelligendæ sunt supernæ, & cœlestes, per quas sermo exhortationis ad nos permanere possit à Deo inquam sine controversia, &c.

2. *Nubes sunt avari.* Rabbi Jochanaan: Non coercentur pluvix, terræque negantur nisi quia illi, qui in publico largiri eleemosynas solent, non largiuntur, &c. Addit deinde multos esse, qui fingant se dare eleemosynam, & non dant; eos autem refertur nubes quæ pluviam promittunt, nec concedunt.

3. *Nubes est mundana felicitas.* Philo lib. Quod Deus, &c. Fuit & Ægypti olim per ampla magnificaque potentia, sed nubis in morem præterit eius felicitas, &c.

### Nutrix.

1. **N**utrix est paupertas. B. Laur. Justin. Vocat paupertatem nutricem confidentiæ v. Unctio. n. 1.

### Numisma.

1. **N**umisma est Christus. Pet. Chrysol. serm. 69. Christus est plenum Deitatis numisma: Christus est drachma nostræ redemptionis & pretii: Christus est, qui erat in legis decalago & latebat, &c. Quid sit autem planum numisma, explicat Oleaster ad illud Gen. 23. Pecunia dignâ tradat eam mihi, ipse legit: cum argento plenitudinis seu pleno det eam mihi. Vocat argentum plenum monetam non attonsam, aut non diminutam in pondere, &c.

2. *Numisma est studiosus virtutis.* Philo lib. 1. Allegoriarum, ad illud: Ut tentem

eos, utrum ambulent in lege mea, an non. ait: Hoc lex Dei jubet, virtutem propter ipsam colere. Itaque studiosos virtutis tanquam nummos examinat recta ratio, utrum vitium habeant, animæ bona referendo ad res externas, an probæ monetæ sint conservando ea in sola anima. Hi non terrenis cibis aluntur, sed scientiis cœlestibus, &c. vide pecunia n. 1. moneta, &c.

3. *Numisma est homo.* Paschas. lib. 10. in Mathæum. Quia numisma Dei totus homo est, ad imaginem Dei creatus, vosmet ipsos reddite Deo. Quod omninò non potestis, nisi vos primùm exuatis à censu Cæsaris, quatenus deinceps liberi sitis, &c.

4. *Numisma est pœnitentia.* Tertul. cap. 6. de pœnitent. si ergò qui venditant, prius nummum, quo paciscuntur, examinant, ne scilicet, neve ralus, ne adulter: etiam Domium credimus pœnitentiæ probationem prius inire, tantam nobis mercedem, perennis scilicet vitæ concessurum, &c.

### *Nux.*

1. *Nux est doctrina.* Ravah apud Hebræos ad illa verba: Descendi in hortum nucum, &c. ait: Cur verba legis pariantur nuci? ut intelligas, quòd sicuti nux extimè luto spurcatur, non idcirco tamen nux, quæ intus latet, aliquid paritur, & abhorretur; sic doctus vir, qui improbus sit,

non idcirco eius doctrina rejici debet, &c.  
 Annon hoc est quod Christus dicebat: *Quæcunque dixerint vobis, facite, secundum opera vero illorum nolite facere, &c.*

O.

*Oculi.*

1. *Oculi sunt Angeli.* Sunt quædam purissimæ (ait Philo lib. de somniis) optimæque omnium, quæ altius diviniusque sapiunt, aspernatæ ista terrestria, & humilia, ministræ omnipotentis, tanquam magni Regis aures & oculi, audientes, videntesque omnia. Hos Genios Philosophi, Angelos vocant sanctæ literæ.

2. *Oculus est ambitio.* Petrus Blessensis Ep. 14. Ambitio est enim ipsa iniquitas super talentum plumbi; hæc est oculus omnium curialium, sicut Zacharias dicit: hæc est oculus eorum in universa terra, non dexter oculus, sed sinister.

3. *Oculus est amor.* S. Bern de char. c.

4. Amor oculus est, & amare, videre est. Hoc oculo se vulneratum fatetur, qui ait: *Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum.* Duos enim oculos habet anima, unum, qui intelligit, alium qui inquit. Dominus, inquit Psalmus, prospexit super filios hominum: ut videat si est intelligens aut requirens Deum. Et horum duorum dexter

oculus est amor, qui requirendo vulnerat, &c.

4. *Oculus est concupiscentia.* Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam &c. in quem locū Celada in Tob. 5. 365. Putasne, quod licet adulterium non perpetraveris; quod adulterii scena, quam oculorum mens præsentat, & voluntatem carnis concupiscentia sensuum exequitur, vacet libidinis crimine, &c.

5. *Oculus lippiens est mens sordida.* S. Isid. Pelusiota lib. 1. Ep. 304. Nec lippiens oculus in solis orbem aciem defigere potest: & si eam defigat, frustra id agit: nec sordida mens sanctarum rerum quidquam utiliter perscrutari potest, &c.

### *Odor.*

1. **O** *Dor bonus sunt Martyres.* Tertull. lib. ad Mart. c. 2. Habet tenebræ carcer, sed vos lumen estis suavitatis, &c. Huc illud Christi bonus odor sumus, &c.

2. *Odor est bona opinio.* v. Ager. n. 1.

### *Oleum.*

1. **O** *leum est gratia.* Gulielmus in c. 8. Cant. Lampades charitatis, id est, in quibus ardet charitas, corda sanctorum sunt in his sanè oleum gratiæ est, quo accenditur alicuique ignis charitatis. Sine hoc oleo ignis iste friget, quoniam aliunde ardere nō habet.



Quantum habet olei, tantum ardet, & ardendo non minuit sibi oleum, sed auget; sic enim oleo ignis iste alitur; ut tamen ab hoc igne oleum istud nihil dispendii patiatur, &c.

2. *Oleum est misericordia.* S. Chrysoft. hom. 65. in Matthæum. Non sic oleum corpus hominis roborat, ut animam misericordia stabilis, adeoque confirmat, ut superari à diabolo nequeat; lubricum enim eleemosynæ oleum corpus hominis constituit, ita ut manus diaboli facile propter lubricitatem fugiat: hoc igitur oleo crebro nos perungamus. Hoc spiritualis causa est sanitatis, hoc lucem, hoc splendorem animo afferre solet. &c.

3. *Oleum pax est.* Cyrillus Alex. in Levit. lib. 13. ait: Oleum offerri jubetur à populo, & oleum non qualecunque fuerit, & ex quibuscunque seminibus, ut fieri in diversis regionibus mos est, sed de olivis expressum, in quibus indicium pacis ostenditur. Nee enim accepta possunt esse opera tua, nisi in pace peragantur: sicut & Jacobus Apostolus dixit: Fructus autem justitiæ in pace seminatur, &c. Jac. 3.

4. *Oleum est studium litterarum.* Ennod. l. 1. Ep. 9. Sic te equidem exercita li-

teratum gymnasiis palæstra dilucidat; sic  
madesacta studiorum oleo loquendi artificis  
oris membra submitunt, &c. Ambros in  
Ps. 118. Ungamus oleo lectionis nostræ men-  
tis lacertos, &c.

5. *Oleum est sermo consolatorius.* Ruffi-  
nus lib. 2. c. 22. de vitis PP. Aliam ob  
causam nullus audet proximi sui obturbare  
silentium, nisi scite quis possit in verbo in-  
struere, & velut Athletas in agone positos  
sermonis consolatione perungere, &c.

6. *Oleum est homo doctus.* In lib. Aruc.  
hæc habentur. Oleum in Hebræo est trans-  
lativè homo doctus; quia olei in morem &  
lucere, & mitis esse debet, &c.

7. *Oleum est virtus.* S. Bernard. in Nat.  
S. Victoris. Serm. 2. Frustra fatuæ virgines  
sponso obviam surgunt, quarum lampades  
extinguuntur; & idè fatuæ, quia vacuis  
gloriantur lampadibus, virtutis oleum non  
habentes.

8. *Oleum est studium quietis.* S. Nilus in  
Asceticis; Luctatores pulverem adversariis  
conantur aspergere, ut olei lenitatem inje-  
ctu pulveris exasperent, atque ita facilius eos  
apprehendere valeant. Jam quod illic est  
pulvis; id in nostro certamine est in rebus ter-  
renis occupatio; & quod illic est oleum; hic

est quietis studium ab omni sollicitudine vacuum, &c.]

*Omnis.*

1. **O**mnis sunt opes. Salvianus lib. 1. ad Ecclef. Cathol. Invidentes itaque salutis suæ, animas proprias, quæ vocantur ad cælum, terrenis ponderibus in terram premunt. Mens enim thesaurizantis thesaurum suum sequitur, & quasi naturam terrestris substantiæ demutuatur, &c.

*Orphanus.*

1. **O**rphanus est ignorans. Arabes scientiam commendant hoc proverbio: Non est orphanus, cuius obiit pater: sed orphanus est, qui scientiam non habet, nec eruditionem.

*Ornamentum.*

1. **O**rnamentum est fides. Salvianus in quadam Ep. Præter cæteras castimonie sapientiæque virtutes, est etiam fide nobilis, quæ omnibus semper ornatibus ornamento est: quia sine hac nihil tam ornatum est, quod ornare possit, &c.

*Organum.*

1. **O**rgani allegoria apud Engelgr. Cœli P. 1. f. 679. & seq.

*Ossa.*

1. **O**ssa sunt Monachi. Hugo in Pl. 34. Ossa non possunt flecti, nec Religiosi à Regula sua. Item, ossa abscondita sunt in carne, sic Religiosi in claustro. S. Hieron. Monachus cupis esse quod diceris, quid facis in urbibus?

2. *Ossa sunt fortes viri.* Hugo Card. in Pl. 21. Dinumeraverunt omnia ossa mea: id est, fortes in corpore meo, dicit Christus vel Ecclesia, ad parvitatem reverterunt, ita quod de facili numerari possint: plerique ex ossibus caro facti sunt, &c. v. simia. n. 2.

*Ostium.*

1. **O**stium. vide porta.

**P.**

*Pax.*

1. **P**ax est Eleemosyna. Illelis apud Hebraeos dictum est in Pirke-avoth c. 2. Qui multiplicat eleemosynam, multiplat pacem, &c.

*Pavo.*

1. **P**avo est Psalterium. Cassiod. de div. lect. c. 4. Psalterium est quasi caelestis sphaera, stellis densa micantibus, & ut ita dixerim, quidam pavo pulcherrimus, qui  
velut

velut oculorum orbibus, & caelorum multiplici, & decorâ varietate depingitur, &c.

### *Paradisus.*

1. **P***aradisus est Psalterium.* Cassiod loco jam citato subdit: Paradisus quin etiam animarum, poma continens innumera, quibus suaviter mens humana saginata pinguecat, &c.

2. *Paradisus est schola, vel claustrum* Petr. Bless. Ep. 13. ama quæso claustrum, & abscinde ab animo tuo desiderium exeundi: nam juxta sententiam cordis mei, si Paradisus in hac vita præsentis est, vel in claustrum est, vel in scholis. Quidquid enim extra hæc duo est, plenum est anxietate, inquietudine, amaritudine, formidine, sollicitudine, & dolore, &c.

### *Pædagogus.*

1. **P***ædagogus est timor Dei.* v. Custos n. 1.

### *Pavimentum.*

1. **P***avimentum spiritualis aedificii est patientia, &c.* v. Aedificium n. 1.

### *Pater.*

1. **P***ater est Magister.* S Isid. Pelusiora lib. 2. Ep. 26. Discipuli Magistros & ut Patres amare, & ut Principes timere debent; ac neque ob amorem metum discutere, neque ob metum benevolentiam abjura-

furare, &c. Rabbinus dicunt: Pater eius in hunc mundum illum duxit, & Magister eius qui doctrinam eum docet, ducit illum in mundum futurum, &c.

Rabba Jehudah: omnis qui lectionem discipulo negat, idem facit, ac si patris illius hereditatem auferret, &c.

De Theodosio Imperatore Metaphrastes in vita S. Arsenii ait: Arsenium autem maximo apud se dignatus est honore, & familiaritate: primum enim eum esse decrevit ex ordine senatorio, & Patrem non solum filiorum suorum, sed suum quoque esse, & nominari. Quod quidem factum apud eos qui rectè judicant & sentiunt, maiori afficiebat honore Theodosium, quàm Arsenium, &c.

### *Palatium.*

1. **P**alatium est vir doctus. Greg. Naz. Ep. 10. S. Basilium appellat: Tu orbis lumen, magna vox, & tuba, doctrinæ palatium, &c.

### *Palæstra.*

1. **P**alæstra est vita humana. S. Basilus Seleuciæ Episcopus orat 1. Universa hominum vita virtutis palæstra est, ut vivere non videatur, qui se in virtutum palæstra non exercet, &c.

## Pilea.

1. **P**ilea est pecunia. S. Bern. lib. 2. de confid ad Eugen. De avaricia non est, quod tuum fatigem intuitum, cum pecuniam tanquam pileam dicaris habere, &c.

## Pecunia.

1. **P**ecunia est oratio. Anonymus apud Novar. sched. l. 5. c. 9 Qui pecuniam habet, omnia habet, quæ ei necessaria sunt: quia ea data omnia emere potest. Oratio est pecunia, quâ mediâ omnia acquirimus, quæ volumus, &c.

## Pelagus.

1. **P**elagus sunt in <sup>maribus</sup> virginia. S. Basil. Seleu Episc. orat. 39. Quomodo virgineum pelagus audens tentabo, & magni mysterii scrutabor altitudinem, nisi me ut inexpertum urinatorem, ô Deipara! doceas veterem hominem deponere, &c.

2. *Pelagus est fama.* Sidon. lib. 1. Ep. 1. Hæsitabundos in hoc deinceps famæ pelagus impellis, &c.

## Penna.

1. **P**enna est paupertas. S. Bern. serm. 4. de Adv. Domini. Magna quædam penna est paupertatis, quâ tam citò volatur in regnum cœlorum. Nam in aliis virtutibus, quæ sequuntur ( octo beatitudinum )

promissio futuro tempore judicatur, hic non tam promittitur, quam datur, &c.

*Phantasma.*

1. **P**hantasma sunt opes. S. Isid. Pelus. lib. 5. Ep. 36. Non attendamus opum phantasmatis, &c.

Petrus Blessens. Ep. 60. Beatior in sua miseria reputandus est pauper, quam dives in opibus sophisticis, & gloria seductrice, &c. Vide & Imaginaria, n. 1. & 2.

*Piscis.*

1. **P**iscis est fides. Rabbanus lib. 2. in Matth. c. 7. Aut si panem petierit, numquid serpentem porriget ei Matth. 7. Piscis est fides invisibilium, vel propter aquam baptismi; vel quia de invisibilibus locis capitur; quod etiam fides huius mundi fluctibus circumlata non frangitur, recte pisci comparatur, Cui contrarium posuit serpentem propter venena fallacix, quae etiam primo homini male suadendo praeminavit.

Piscium variae Allegoriae, ap. Engelgt. Caeli P. 2. f. 725. 732.

*Pictor.*

1. **P**ictor est Deus. S. Aug. serm. 15. ex 40. Novit artifex tibi reponat. Pictorem attende. Ponuntur ante illum varii colores: & novit, unde ponat quemque colorem.



Certe peccator niger color esse voluit: idem nescit ordo artificis ubi eum ponat. Quanta ordinat de nigro colore, quanta ordina-  
 menta facit pictor? Facit inde capillos, fa-  
 cit barbam, facit supercilia. Non facit fron-  
 tem nisi de albo. Tu vide quid velis esse.  
 Non cures, ubi te ordinet, qui non novit ex-  
 rare, &c.

### *Planta.*

1. *Planta est homo.* Clemens Alex. Adhort.  
 ad gentes. Hominem, qui est planta  
 cœlestis, diverterunt à cœlesti vivendi ratione,  
 & humo prostraverunt.

2. *Planeta novella sunt juvenes.* Plato in  
 Eutyphrone. Consentaneum enim est pri-  
 mam de ipsis juvenibus curam suscipere, ut  
 quam optimi evadant: quemadmodum de-  
 cet agricolam, novellarum plantarum pri-  
 mam curam gerere, &c.

### *Pluvia.*

1. *Pluvia usurarii est tempus.* 1. Agri-  
 cola n. 2.

### *Placenta.*

1. *Placenta est lex.* In lib. schebile emu-  
 nah, habetur: mater cum jam pue-  
 rum suum, ad Rabbi in scholam deducit, pla-  
 centulas ei dulces, & saccharo melléque con-  
 citas dare debet, eique hæc dicere: prout  
 pla-

placentula hæc dulcis est : ita quoque lex dulcescit tibi in corde tuo , eritque perinde atque saccharum in lingua tua , & mel super labiis tuis, &c.

*Plectrum.*

1. **P**lectrum est lingua. S. Valeria. hom. 12. Si non vis injuriam pati, relinque plectrum oris tui, & obdura aures tuas, ne ad te irascentis fratris verba perveniant : aut certe si pervenerint, silentio deputentur : sic fit, ut conceptus furor virtutem perdat, si uno tacente alter solus insaniat, &c.

*Portus.*

1. **P**ortus est paupertas. B. Laur. Justin. vocat paupertatem portum tranquillitatis. v. unctio n. 1.

2. *Portus est bonus Princeps.* Julianus orat. 2 de quodam Imperatore : Primarij ordinis senatores, tanquam ad portum quandam, ad illius dexteram confugerunt, &c.

*Porta.*

1. **P**orta est paupertas. B. Laur. Just vocat paupertatem perfectionis portam. v. unctio n. 1.

2. *Porta est auris.* Plutarchus de curiositate : Quomodo urbes habent portas certas, nefastas, & tristes, quibus educunt eos, in quos ultimo supplicio animadvertitur, sordisque & piacula ejiciunt; purum autem vel  
sacrum

factum nihil ingreditur aut transit illac: perinde curiosorum aures boni vel urbani nihil capiunt, capitalia dicta permeant atteruntque quæ piacularæ, & execrabiles narrationes deponant, &c.

3. *Porta ærea mors.* S. Chrysoft. To. 6. hom. in Parasceve. Christus demonstrare volens mortem jam ad finem metamque pervenisse, æreas eius portas confregit. Æreas verò nominavit, non quòd portæ illæ ex ære sint fabricatæ; sed ut declararet immitem illam, & inexorabilem mortis necessitatem. Et ut intelligas tam æs quàm ferrum significare idem, quod rigidum & inflexibile: audi quid ad quendam impudentem Deus dicat: Nervus ferreus cervix tua, & frons tua ærea. Hoc dixit, non quòd æream frontem habuerit; sed quia implacabilem vultum, & impudentem, & immitem habuit, &c.

4. *Porta ærea est consuetudo prava.* Arnobius Ps. 106. Portæ æræ sunt consuetudines vitiosæ, quæ sic claudunt nos, ut propemodum etiam arbitrium nostræ libertatis includant. Vectes ferrei immundi spiritus sunt, quæ portas nobis impiæ consuetudinis claudunt, &c. Respexit hic ad illud Ps. 106. Contivit portas æreas, & vectes ferreos confregit, &c.

5. *Porta est prudentia.* v. *Edificium n. 1.*

6. *Portæ sunt virtutes.* S. Bern. in sententiis: *Portæ justitiæ sunt virtutes mediæ, quas temporaliter exercemus. Portæ æternales sunt præcipuè virtutes, quas etiam in futuro habituri sumus. &c.*

*Poculum.*

1. *Poculum est jejunium.* Ambros. ser. 37. Videamus quæ causa steterit, ut jejunia salvator indiceret, & ipse sibi primum, ut bonus humani generis medicus, jejunaret. Bonus enim medicus poculum, quod ægro daturus est, prius gustat, ut penitiam artis suæ ante se ipse demonstraret, &c.

*Pondus.*

1. *Pondus sunt res terrena, v. Onus n. r. & Sarcina, &c.* Seneca consol. ad Helviam c. 11. Lapidés, aurum & argentum, & magni levatiquè mensarum otbes, terrena sunt pondera, quæ non potest amare sincerus animus, &c.

*Pœna.*

1. *Pœna sunt opes.* In sent. Ethico-Politicis: opes avato pœnæ sunt, non sunt opes.

*Primitiæ.*

1. *Primitiæ sunt sermo sincerus.* Philo lib. de sacrificiis Abel & Caini. Justum est offerri primitiæ: Primitiæ verò sunt ser-

mo ex sincero animo emissus cum gratiarum actione, &c.

### *Propugnaculum.*

1. **P**ropugnaculum est jejunium. Petrus Chrysol. ser. 8. Jejunium castitatis murus, pudicitiae propugnaculum, civitas sanctitatis, &c.

### *Præstigium.*

1. **P**ræstigium est cupiditas. Cassiod. de amicitia: Isti ut metam suae intentionis attingant, viarum dispendia eligunt, & caecae cupiditatis multiplices præstigio dementati, ad sui desiderii finem per divortium & anfractus incedunt, &c.

2. *Præstigia sunt divitia.* Nicetas Choniates lib. 1. Annal. de Joanne Puzeno: Argenti machinis non concutiebat, auri præstigiis non capiebatur, &c.

### *Purpura.*

1. **P**urpura est Virgo. S. Auxent apud Simeon. Metaphrast. Non est par peccatum tunicam frangere, & purpuram; Imperatoris imaginem rumpere, & privati: Dei enim imagines sunt virgines. Virgo purpura est, quam nulli alii licet induere, quam Regi & Domino universorum, &c.

### *Pulvinar.*

1. **P**ulvinar est adulter. Plutarch. sicut pulvinaria mulierum quando videntur

feniti, & obfistere, capitibus cedunt magis & accommodant sese: sic libertas adulatoris, tumet quidem, sed in sese recipit inclinantem, &c.

2. *Pulvinar est justitia.* S. Bern. ser. 32 de Adv. Beata anima, quæ sedes est sapientiae! Quænam est illa anima? utique justitiae! Meritò planè: quia justitia & judicium præparatio sedis tuæ est. Ecce quænam illi se-rica, quæ tapetia, quod pulvinar oporteat præparari. Justitia inquit, & judicium præparatio sedis tuæ, &c.

*Pulvis.*

1. *Pulvis sunt humana omnia.* v. Ritus n. 1.
2. *Pulvis est terrena occupatio.* v. oleum. B. 8.

*Pullus.*

1. *Pullus est opus bonum.* Ps. 118. In corde meo abscondi eloquia tua, &c. in quem locum Hugo Victorinus: Cornidus, verbum ovum, opus pullus: fove & nutri, non vivificatur, nisi nutriatur, &c.

*Pupilla.*

1. *Pupilla est Christiani vita.* Salu. lib. 3. de gubern. Dei. Ut quàm pura est pupilla oculi, tam pura esset Christiani hominis vita, &c.

Cyrillus Alex. in Gen. lib. 1. vita Christianorum sanctissima est, omnibusque carnis affectionibus libera, omnique maculâ terrenâ superior, &c.

Q.

*Quadriga.*

I. **Q**uadrige est sacra scriptura. Abbas Bonæ Spei Ep. 18. ad Richer. Lege, imò & relege sanctos codices, qui componunt tibi virtutum vehiculum, vel quadrigam; cuius non Eliam typicum, sed Christum ducem statuunt & aurigam: quo eventus si claudas vesperum, & diem ultimum senectutis, ad optatum bravium ad metam vitæ venies & salutis, &c.

*Quadragesima.*

I. **Q**uadragesima est vita Christi S. Vincentius Ferrerius serm. in die Cinerum; Totum tempus vitæ Christi fuit sicut Quadragesima, quam nos facimus: quia solum semel comedebat in die, & non legitur, quòd unquam comedit carnes, nisi de agno Paschali, ut legem adimpleret, &c.

R. Re.

## R.

## Retia.

1. **R**etia sunt mulieres. &  
 2. Retia sunt divitiæ. Hugo Ca-  
 tensis in prolog. Retia Diaboli sunt fatuæ  
 mulieres & divitiæ S. Paulinus Ep. 1. laudat  
 Severum à divitiarum contemptu : Exemplo  
 Apostolorum patre in navicula fluctuante,  
 scilicet in huius vitæ incerto cum retibus re-  
 rum suarum, & implicatione patrimonii  
 detelicto &c.

3. *Reti est avaritia*, Alb. M. de S. And.  
 Avaritia est reti Diaboli, quod expandit su-  
 per faciem universæ terræ : per hoc rectè ju-  
 venes capit & senes. &c.

4. *Reti est prædicatio Evangelica*. S. Vin-  
 cent. serm. de S. Petro. Prædicatores o-  
 mnes sunt piscatores, reti est prædicatio E-  
 vangelica. Ergò modò extendo. &c. ap.  
 Engelgr. Cæli P. 2. fol. 729 ubi plura.  
 Quò & illud Hugonis Card. in 1. Cor. 12.  
 modò reti prædicationis proicitur non ad  
 pisces, sed ad ranas. &c. nempe, ut ait,  
 Engelgrave, plausum coaxantes. Cæli P. 2.  
 f. 730.

## Rex.

1. **R**ex est qui virtute præditus Julia-  
 nus Imp. orat 2. Qui virtute præ-  
 ditus est, hunc nos sine ulla cunctatione di-  
 vitem



vitem appellamus. Addam etiam, si hic idem videretur, & nobilem, & præ omnibus Regem, &c.

2. *Rex est, qui fortis ac strenuus.* Tiberius ut se verum Principem probaret Neronis nomen assumpsit. Suetonius in Tiberio: Inter cognamina autem & Neronis assumpsit, quo significatur linguâ Sabinâ fortis ac strenuus, &c.

3. *Rex dierum Pascha.* S. Gregor. Naz. de funere patris: Morbo igitur laborabat, & quidem tum, cum sanctum & nobile Pascha, diem inquam illum dierum Regem, &c.

4. *Rex est, qui passiones domat.* Agapetus ad Justinianum Imperatorem n. 18. Te revera Imperatorem asserimus: quippe qui & imperare & dominari voluptatibus vales: & tum coronâ castitatis revinctus, tum purpuram justitiæ indutus incedis: alius namque potestatibus mors ipsa succedit, hujusmodi verò regnum immortalem servat perpetuitatem, &c.

5. *Rex est, qui studiosus boni communis.* Franco Abbas To. 5. de gratia, loquens de Davide: Allophylis infestantibus discrimini se sponte obijcit, & ut bonus Rex plus communi utilitati, quam propriæ saluti consultuit, atque immanem illum Goliath solus in tempore illo non expavit, &c.

Græcis Rex dicitur BASILEVS quod exponit S. Gregorius populi basis. &c.

*Risus.*

1. **R**isus sunt mundi bona. S. Basil. in ps. 9. sæpissimè David pauperem se & tenuem appellat, quamvis regis eircumfueret opibus ac divitiis. utpote cui certo certius constaret, omnia humana visum, pulverem, nihilque esse. &c.

*Rosa.*

1. **R**osa est paupertas. Rabbi Samuel aiebat: hoc est, quod dici solet: Convenit paupertas Israël, sicut rosa rubicunda in equi albi fronte. &c.

2. Rosa pulchritudo est Theocritus Idyll. 23.

*Et rosa pulchra est, & tempus eam tabescit:*

*Et viola pulchra est in vere, & statim senescit:*

*Candidum est liliū, tabescit verò cū decidit.*

*Et nix candida est, & liquitur cūm concreverit.*

*Et forma puerilis pulchra est, sed brevè tempore durat.*

Nemesianus Ecloga 4.

*Non hoc semper eris, perdunt & gramina flores,*

*Perdit spina rosas, nec semper lilia cadent:  
Nec longum tenet uva comas, nec popu-  
lus umbras.*

*Donum forma breve est, nec se tibi com-  
modat annus.*

Et alius recentior.

*Pulchra brevi durat rosa tempore, forma  
brevitque.*

*Tempore sic forma par rosa tempus habet.*

B. Thomas à Villanova Conc 1. in 3.

Dom. Adv. de forma muliebri ait: Exsic-  
catum est fœnum & cecidit flos. Rosa illa  
pulcherrima citò emarcuit.

3. *Rosa est verecundia.* Hieron. Ep. 4.  
ad Rust. Quid rosa verecundiæ possideat;

4. *Rosa sunt voluptatum sectatores.* S.  
Nilus in Parænesi ait: Rosæ vitæ sunt hy-  
pocritæ, avari, & voluptuarii. Cæterum  
parumpet sustine, & gramen videbis con-  
culcatum.

Talis & ille Smyndirides apud Sen. lib. 2.  
de ira c. 25 sæpius questus est, quòd foliis  
rosæ duplicatis incubuisset. Ælian lib. 9. de  
var. hist. Smyndirides Sibarita in rosarum fo-  
liis recumbens, somnūque in iis carpens,  
experge factus dixit, se tubera ex nimia lecti-  
dinitia inflicta habere.

5. *Rosa est silentii memoriale.* hinc illud  
frequens: sub rosa. Et mos vetus in Germa-  
nia est, supra mensam in cænaculis rosas ap-  
pendere

pendere, ut amicō premantur silentio, quæ in mensa dicuntur: Circumferuntur etiam hi versus:

*Est rosa flos Veneris; cuius quo facta licerent,  
Harpocrati, matris dona dicavit amor.*

*Inde rosam mensis hospes suspendit amicis:*

*Convulsa ut sub ea dicta convulsa sciat.*

Huc facit monitum S. Greg. Naz. ad Virgines,

*Utque latet rosa verna suo putamine clau-  
sa,*

*Sic os vincla ferat, validisque ardetur  
habenis,*

*Indicâtque suis prolaxa silentia labris.*

### *Ros.*

1. **R**os est sermo. S. Gaudentius Tract. 14. Obsecro communem Patrem Ambrosium, ut post exiguum rorem sermonis mei, ipse irriget corda vestra divinarum mysteriis literarum.

### *Rota.*

1. **R**ota sunt impii. Rabban. in Allegorijis: Rota conversatio reproborum, ut in Psalmo: pone illos ut rotam. Quod reprobi in posterioribus puniendi sunt.

S. Greg. lib. 16. Moral. c. 25. ut rota ponuntur iniqui: quia in circuitu laboris missi, dum ea, quæ ante sunt, negligunt; & ea quæ

deserenda sunt, sequuntur: ex posterioribus elevantur, & in anterioribus cadunt. &c.

2. *Rota est mundus* Cassiod. lib. 5. var. cap. 42. loquens de iis, qui in Amphitheatro cum bestiis ludebant &c. ait: Alter labenti rota feris obiicitur. Eadem alter erigitur, ut periculis auferatur. Sit hæc machina ad infidi mundi formatam qualitatem: istos spe effert, illos timore discruciat, omnibus tamen, ut decipere possit, aridet &c.

3. *Rota est vita innocens.* S. Amb. lib. 2. de Jacob cap. 2. ad illud, quod dicit Ezechiel. 1. cap. rota intra rotam &c. At ille cum loqueretur immaniter. Dissolvis, inquit, corporis membra, sed adjungis gratiam passioni, nec eripis solatium morti; est enim vox tonitruum in rota, quia in bono & inoffenso vitæ istius cursu cæleste resultat oraculum: Sicut in Joanne & Jacobo filiis tonitruum resultabat. Itaque illud, quod legimus nunc manifestius recognosco: quia rota intra rotam currit, nec impeditur. Teres enim vita sine ulla offensione in quavis passione versatur, & intra hanc quoque rota currit.

Huc illud Petri Dam. opusc. 15. c. 27. In omnibus te exhibe consummatæ virtutis exemplum, & ut dicitur, undique te præbe teretem atque rotundum, ut malleo nunc disciplinæ contusus, & lima pœnitentiæ

sanctique certaminis expolitus, postmodum sine tinnitu vel strepitu ponaris in ordine lapidum ignitorum. &c.

4. *Rota varia Allegoriae* ap. Engelgr. Cœli P. 2. f. 709.

*Robur.*

1. **R**obur est jejunium. Petrus Chrysol. ser. 8. jejunium robur mentium, vigor animarum. &c.

*S.*

*Sarcina.*

1. **S**arcina est doctrina Christi. Alia sarcina (ait Aug. in Pl. 59.) pondus habet: Christi sarcina pennas habet, nam & avi si pennas detrahis; quasi onus tollis, & quod magis onus abstulisti, eod magis in terra remanebit. Quam exonerare voluisti, jacet, non volat; quia tulisti onus: redeat onus, & volat. Talis est Christi sarcina: portent illam homines, non sint pigri. &c.

2. *Sarcinae sunt terrena divitia.* v. Onus  
n. I.

*Sanguis.*

1. **S**anguis est pecunia. S. Aug. ser. 5. ex 40 refert formulam, quâ olim Domini servos increpabant in hæc verba: Male serve, fidem mihi non servas? Nescis, quia emi te; nescis, quia sanguinem meum pro

te numeravi ? Et post pauca : sanguinem tuum pecuniam tuam vocas ? tantum amas pecuniam tuam, ut eam appelles sanguinem tuum, &c.

Antiphanes apud Stobæum ser. 19. Argentum hominibus sanguis & anima est. Id quisquis non habet, neque possidet, ille inter vivos mortuus obambulat &c. vide *ANIMA* n. 2.

Argentum est alter sanguis. *Æn.* sylv. Ep. 97.

### *Saccharum.*

1. *Saccharum est lex.* v. *Placenta* n. 1.

### *Sabbathum.*

1. *Sabbathum est quies scientia.* S. Aug. Sin Psal. 91. Nobis sabbathum indicit Deus. Quale ? Primum ubi sit, videte. Intus est : in corde est sabbathum nostrum ; multi enim vacant membris, & tumultuantur conscientiam ; omnis homo malus Sabbathum habere non potest ; nusquam enim illius conquiescit conscientia : homo bonus tranquillus est & ipsa tranquillitas Sabbathum est cordis. &c.

2. *Sabbathum est vita inculpa* *Sta.* an-ctus Prosper sent 302. Verum Sabbathum Christianus observa t' abstineat ab opere servili,

vili, id est, à peccato, quoniam qui facit peccatum, servus est peccati. &c.

### *Saccus.*

1. *Saccus est vilis homo.* Suidas verbo *saccus*, simplicem saccum calca, dicitur de rebus & hominibus vilibus.

2. *Saccus est cor humanum.* Alcuinus Ep. 64. sicut seculi avarus quotidie sibi divitias augere studet: sic servus Dei sapientiæ gazas in sui pectoris sacco quotidie congregare studeat, ut sit scriba in Ecclesia Dei doctus, proferens de thesauro suo nova & vetera confervis suis cælestis scientiæ dona.

### *Sagitta.*

*Sagitta sunt verba.* Inter Arabica proverbialia unum est. Ne jace sagittas in idolum ferreum. quod explicant sic: ne jace verba tua in eum, qui fortior te est, neque obsiste adversario illi, qui tibi pollet, &c. vide etiam Aries n. 3.

2. *Sagitta est blasphemia.* S. Vincent. Ferrer ser. 5 in Dom. Adv. sagittæ toxicatæ sunt blasphemiae.

3. *Sagittæ sunt persecutio sanctorum.* Ps. 63. sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum, in quem locum S. Aug. ad Ps. 63. sagittæ infantium factæ sunt plagæ eo-



rum. Quomodo infantes faciunt sibi sagittas ? de cannis, sagittæ autem quæ ; aut quæ vires ? aut qui arcus ? aut qui ictus ? aut quod vulnus ? &c.

4. *Sagitta est sermo doctorum.* Origenes in Ps. 37. sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Qui ergò loquitur sermones Domini, sagittas jaculatur, & cum loquitur corripuens, & castigans, correctionis jaculo cor penetrat audientis. &c.

Plures sagittæ Allegoriæ ap. Engelgr. Cæli P. 2. f. 333.

### *Sal.*

1. *Sal sunt dicta sapientum.* Julia. orat. 2. videor equidem Platonis sententiis, sæpè ac molestè nimis uti ; cuius ex verbis paululum tanquam salem, aut auri ramenta quædam aspergimus &c. v. Auri ramenta.

### *Scena.*

I *Scena est gloria mundi.* S. Chrysof. hom. 20. in Ep. ad Rom. Si delicias objeceris, si gloriam, si divitias, sive aliud quodcunque ex iis, quæ magna esse videntur, figura tantummodò sunt, non ipsius quæ in rebus est veritatis demonstratio ; persona quædam scenica, non consistens rerum substantia. &c.

## Scutum.

1. **S**cutum est fides. v. Lorica n. 1.  
 2. *Scutum est pœnitentia.* Rabbi E-  
 liezer in Pirkeavorh cap. 4. Pœnitentia &  
 bona opera sunt scutum ad punitionem a-  
 vertendam. &c.

## Scala.

1. **S**cala est paupertas. Bles. in Job. c.  
 ult. Eleemolynis propriæ manus vobis  
 scalam & ascensorium erigatis ad illam su-  
 periorum civium mansionem, in qua est  
 pax æterna, quies impermutabilis &c. He-  
 bræi ad illud Gen 28, v 12. notant nomen  
*sulam*, quod scalam significat, eundem nu-  
 merum producite ac *nghani*, quod dicitur pau-  
 per, quasi idem sit scala ad cælum & paupertas.  
 2. *Scala est crux Christi.* August. ser. 79.  
 de tempore, expendens Dominum innixum  
 scalæ, Gen. 28. Jacob ergo dormiebat, &  
 Dominum in cacumen scalæ videbat in-  
 cumbere. quid est in scala incumbere,  
 nisi in ligno pendere? considerate fra-  
 tres, quis in ligno crucis pendens pro  
 Judæis oraverit, & agnosceris, quis ad Jacob  
 scalæ incumbens, de cælo clamaverit &c.  
 Et in fine sermonis ait; Dominus innixus  
 scalæ, Christus crucifixus ostenditur. &c.  
 3. *Scala est scriptura sacra.* Laur. justin.  
 de casto connubio c. 3. Est namque facta

pagina scalæ, quam in somnis vidit Jacob, comparata, cuius summitas cælos tetigisse describitur. Per ipsam etenim quasi per quosdam gradus provehitur intellectus ad agnitionem veri & summi Dei.

Similiter Isidorus Pelusiota lib. 1. Ep. 369 scriptura omnis, quæ pietatem velut ob oculos propositam habet, pulcherrima est, laudibusque atque commendatione digna: factos sancta autem volumina, quæ divinarum scripturarum testimonia habent, scalæ quædam sunt, quibus ad Deum ascenditur.

4. *Scala est scientia rerum visibilium.* Richard. Victorinus tract. de exter. mal. c. 6. Felix, cui visibilium scientia fit scala ad invisibilia cognoscenda. Felices, quibus exteriorum scientia fit scala ascensionis, non ruina dejectionis, &c.

5. *Scala superbia est.* S. Nilus orat. de superbia: Ut imbecillis scala eum, qui ascendit deicit: sic superbiæ scala eum, qui eam ascendit.

*Scala est profectus spiritualis* Basil. Catena aur. in Ps. 1. Pietatis exercitium dixerim ego scalæ persimile esse. scalæ inquam illi, quam vidit B. Jacob, cuius pars humilis, & terræ contigua erat; pars ad cælum usque pertinebat. Quamobrem opus est, ut qui in virtutis viam inducendi sunt, in primis gradibus

bus vestigia inferant, & inde semper altius scandant, donec ad accessibilem humanæ naturæ celsitudinem, semper proficiendo conscendant, &c.

Similia habet S. Chrysoſt. hom. 82. in Joan. Discamus, & vitia nostra recensentes, ea tempore corrigamus, & hoc mense unum, alio aliud, & ita subsequenter meliores efficiamur. Et sic tanquam per gradus quosdam ascendentes per scalam Jacob ad cœlum perveniamus. Etenim scala illa mihi per illam visionem paulatim per virtutes ascensum significare videtur; per quam à terra in cœlum ascendere nobis licet, non gradibus sensibilibus, sed morum incremento & correctione.

7. *Scala sunt creatura* S. Basilii Seleucien. orat. 1. Age, & nos per creaturam ad creatorem Dominum ascendamus. Deus namque cum res creatas in modum scalæ adaptaverit, per eam sui amantibus ascensum ad se extruxit, &c.

8. *Scala sunt Martyrum tormenta.* Salvian. lib. 3. de gubern. Dei, loquens de Martyribus: Qui ad cœlestis regis januam gradibus pœnarum suarum ascendentes, scalas sibi quodammodo de equuleis, cataſtisque fecerunt, &c.

## Sedes.

1. **Sedes sapientia est anima.** S. Bern. serm. 3. de adventu. Beata anima, quæ sedes es sapientia. Quænam est illa anima? utique justitiam, meritò planè, quia justitia & iudicium præparatio sedis tuæ est, &c.

## Semen.

1. **Semen est usura** S. Basil. in Ps. 14. hom. 4. Semina temporis progressu nascuntur, & animalia tempore perficiuntur: verum usura hodie generatur, & hodie parere incipit, &c. Et pergit statim: Animalia quæ cito pariunt, citò parere cessant: verum pecuniæ citum avaritiæ principium sumentes infinitam accessionem semper ultetius progredientem acquirunt, &c.

2. **Semen usurarii est atramentum.** v. Agricola n. 2.

3. **Semen est misericordia.** S. Pet. Chrysol. ser. 42. Est ager cultus sine semine, sine miseratione jeiunium, &c.

## Sepes.

1. **Sepes est lex Dei.** Olympiodorus in illud Eccles. 10. Qui dissipat sepem, &c. ait: sepes animæ lex est divina & metus.

## Servitus.

1. **Servitus est peccatum.** Petrus Chrysol. ser. 4. Proh dolor! victores gentium, vicio-

vitiorum fuisse captivos: nationum Dominos turpi servisse criminibus servitute; stetit inter sævientes gladios, & inter enervata lenocinia corruisse; jacuisse effuso vino, qui jacere effuso sanguine nescierunt, &c.

*Simia.*

1. **S**imia est ambitio. Petrus Blessens. Ep. Si 4. Ambitio est quædam simia charitatis; charitas enim patiens est pro æternis, ambitio patitur omnia pro caducis; charitas benigna est pauperibus; ambitio divitibus; charitas omnia suffert pro veritate, ambitio pro vanitate; utraque omnia credit, omnia sperat; sed longè dissimili modo: hæc ad gloriam huius vitæ, illa ad gloriam sine fine, &c.

2. *Simia est diabolus.* Hugo Card in Ps. 21. De ossibus Domini & Ecclesia facta est caro diaboli; Diabolus enim quasi simia contra fecit Dominum; Dominus enim de osse fecit mulierem; & diabolus de ossibus Domini facit molles, & effœminatos, &c, vide Ossa n. 2.

*Signum.*

1. **S**ignum castitatis est jejunium. Tri<sup>o</sup>them in c. 4. Reg. S. Benedicti: Jejunium Christi arcem scimus esse, & castrum morum Spiritûs Sancti; vexillum fidei; castitatis signum; sanctitatis trophæum, &c.

*Sigil-*

*Sigillum.*

1. *Sigillum est B. Virgo.* S. Germanus orat, de Nativitate: Gaude non scriptum sanctitatis folium; veteris noviq; testamenti Sigillum, &c.

Proclus orat, 6. eandem Virginem vocat Pietatis signaculum, virtutis ferculum, fastigium justitiæ, &c.

*Silentium.*

1. *Silentium indicat timorem Dei.* Zach. 2. Sileat omnis caro à facie Domini, quod 70. sic efferunt. Timeat omnis caro à persona Domini. Et Sophon. 1. 7. filete à facie Domini mei. 70. vertunt: Timete à facie Domini Dei.

Et eò fortè veteres respiciebant, qui proclamabant in sacris: Favete linguis. Sen. de vita beata c. 26. Et quoties mentio sacra literarum intervenerint, favete linguis. Hoc verbum, non ut plerique existimant à favore trahitur; sed imperatur silentium, ut ritè peragi possit sacrum nullâ voce malâ obstrepente, &c.

2. *Silentium est subjectio.* Ps. 61. Nonne Deo subjecta erit anima mea? Hebræus legit: Attamen ad Deum silebit anima mea. & S. Hieron. Qualiter ad Deum silentium animæ meæ?

Sophon. c. 3. v. 17. silebit in dilectione tua

tua. Chaldaeus legit: subiciet scelus tuum cum misericordia, &c.

Agellius in Pl. 61. eruditè: Jeremias in lamentationibus; Bonum est expectare cum silentio, hoc est, patienter, humiliter: solet enim silentium subjectionis esse signum. Nam qui subiectus est, iussis Domini non repugnat, neque de eo conqueritur. Itaque etiam Apostolus silentium fœminis indixit, ut subjectionis indicium: Mulieres inquit in Ecclesiis taceant; non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, cum enim consequens esset, ut diceret: sed tacere; dixit, quod ferè idem valet: subditas esse; docens ad subjectionem pertinere silentium, &c.

3. *Silentium est obsurdescentia, &c.* Isai. 42 Tacui, semper silui, Forenius vertit: Tacui à seculo, obsurdecebam.

Pl. 38 Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis. S. Aug. legit: obsurdui, quod fusè dein explicat.

4. *Silentium est incantatio.* Agellius in Pl. 57. Quamobrem Ecclesiastes huic expositioni subscribens cap. 10. dicit: Si mordeat serpens in silentio, nihil minus habet, qui occultè detrahit. Quod clarius est in 70. si mordeat serpens sine incantatione. Serpens autem sine incantatione est, qui adeò lethali veneno inficit, ut nihil incantamentis, & magorum carmina profint: si, inquit, hi maledi-



Iediectis, falsisque criminibus nocent, ut nulla fieri possit eiusmodi veneno medicina, &c. hæc ille. Quid si detractorum silentiosorum hic morem exprimeret, qui cum de proximis sermo est conticescunt, & ipso silentio suo negant eam esse proximi laudem, quam audiunt: Neque enim minus detrahitur tacendo, cum alius tuum sensum exquirit, quam mala asserendo.

5. *Silentium est perditio.* &c. Onus Moab, quia nocte vastatus est Ar Moab, conticuit: quia nocte vastatus est murus Moab, conticuit, &c. Vatablus in scholiis: Nocte quadam destruetur Ar Moab, & evanescet: dico inquam, quod nocte vastabitur Kir-Moab, & excindetur, &c. Jerem. 47. conticuit populus meus Vatablus: ad silentium redactus est. Scholia: perdetur populus meus, &c.

6. *Silentium est oratio.* Zonaras Leonem Imperatorem doloribus adeo correptum afflicto, ut requisierit habere in senatu de jejuniis consuetam dissertationem, qua vocatur silentium, &c.

7. *Silentium est reverentia.* Habac. 2. Sileat à facie eius omnis terra. 70. vertunt: Revereatur à facie eius omnis terra. Qui magnates accedunt reverentiæ causâ silent. Et in aula Imperatoris Turcarum summum servatur silentium, ut per nutus loquantur ut

refert Author Archontolog. Et idem fortè etiam in sacris veterum. Huc illud Plutarchi de loquacitate: Loquendi homines Magistros habemus, tacendi Deos: ab illis silentium accipientes in initiationibus & mysteriis, &c. Certè si uspiam filere decet, decet in templis, ubi præsentem sumus Deo, qui semper loquitur ab omni æternitate, sed unicum VERBUM.

## Sol.

1. **SOL est lætitia.** Iai. 60. Non occides ultra sol, &c. Oleaster: Non amittes lætitiã tuã, &c. Et in cap. 30. ad illud: Erit lux Lunæ, sicut lux solis, &c. ait: sol & luna hic pro hilaritate & jucunditate, & non pro ipsis luminaribus accipiuntur: ac si dicat: Non deficiet amplius gaudium, & jucunditas tua, sed eris semper hilaris & nunquam tristis, &c. unde sequitur: Finientur dies luctus tui, &c.

2. **Sol est dies.** Consuetã phrasi apud Grammaticos & Oratores, quod notat etiam Giffanius in Lucretiam.

3. **Sol est vir bonus, &c.** Julia. Imp. orat. 2. Nec ipsemet sol suã se luce spoliãt, cum Lunam objectã ex adverso collustrat, ac naturã quadãmodo suã cum ea communicat: neque porò cum ingenti illi & admirabili mundo lucem, ac diem imperit. Ita & vir bonus, cum alterum virtutis suæ

participem facit, nihilo quàm antea minus possidet: adeò divinum quoddam & eximium bonum illud est, &c.

4. *Sol est Natalis Domini.* S. Ambros. serm. 16. de Natali, &c. Benè quodammodo servatam hanc diem Natalis Domini solem novum vulgus appellat; & tanta sui auctoritate id confirmat, ut Judæi etiam atque Gentiles in hac voce consentiant, subdit deinde: solem igitur novum hanc diem vulgus appellat, & cum dicit novum, utique & veterem esse demonstrat. Veterem autem dixerim huius mundi solem, qui defectionem patitur, qui parietibus excluditur, qui nubibus obscuratur, &c.

5. *Sol est fides.* S. Proclus. Lippus oculus solare jubar in ostensè non admittit; nec imbecilla mens fidei fastigium capit, &c.

6. *Sol est Christus.* v. Eclipsis n. 1.

7. *Sol est Martyr.* S. Chrysostr. To. 6. hom. de Hiero-Martyre Phoca: Quemadmodum qui oculos in solem convertit; astrum ille quidem splendidius minimè reddit, sed oculos suos illuminat: ita nimirum & is, qui Martyri honorem defert, & clariorem illum non efficit; sed ipse ab illo sibi benedictionem huius accersit, &c.

### SOMNUS.

1. *Somnus est vita.* S. Chrysostr. serm. Quod carnis, &c. ait; somnus præsens est

est vita, nihil prorsus ab insomniis aliena. Nam quemadmodum somno pressi pleræque & supervacanea, & frustra loquuntur, vident-que per sæpè nil sanum, ita & nos.

2. *Somnus est obivio Dei.* S. August. in Pf 62. Illud cavere debemus, ne ipsa anima nostra dormiat. Malus enim est animæ somnus. Somnus animæ est oblivisci Deum suum. Quæcunque anima oblita fuerit Deum suum, dormivit, &c. vita enim vestra & mores vestri vigilare debent in Christo, &c.

3. *Somnus est mors.* Prudentius hymno 1. Cath. canit.

*Hic somnus ad tempus datus*

*Est forma mortis perpetis.*

Seneca in Here. Fur, vocat somnum fratrem duræ mortis. Clem. Alex. lib. 2. Pædag. c. 9. somnus qui nos deprimat, morti similis est, &c. Tertull. lib. de anima, somnum vocat, mortis comitem, &c. Coluthus de raptu Proserp. mortis alleclam, &c. Virgil. 6, Æneid. lethi confanguineum, &c.

### *Somnia.*

1. *Somnia sunt bona mundi.* S. August. in Pf 131. Si dederò somnium oculis meis. ait: omnes istæ felicitates, quæ videntur seculi, somnia sunt dormientium: & quomodo qui videt thesaurum in somnis dormiens, dives est; sed evigilabit & pauper erit: sic omnia ista vana huius seculi, de quibus homi-

nes gaudent, in somno gaudent, evigilabunt quando nolent, si non modò evigilant, quando utile est; & videbunt somnia illa fuissè & transiissè, sicut dicit scriptura; velut somnium surgentis, &c. Isidor. Pelusio, lib. 5. Ep. 106. Da operam, ne valeant, magne viri vel imperium, vel dignitatis tumor, aut res mortalium secundæ, sapientiæ in te amorem ac studium concutere atque evertere, quæ amant maximè cogitationes mentesque hominum in altum tollere. Verùm hæc omnia velut umbras & somnia reputans, virtutem cole, quæ de possessionibus vestis est minimè veterascens, &c.

### *Spongia.*

1. **S**pongia est bonus discipulus. In Pirke a-voth. c. 5 dicunt Hebræi, quòd qui sedet ante sapientes, debeat esse spongia, quæ omnia attrahit, &c.

2. *Spongia est vita quieta.* Plutarch Comment. Au seni sit tract. Resp de Lucullo ait: postquam in vitam se demisit solutam, & institutum supinum, & socors, spongiarum mote in tranquillo obtorpescens, emarcescensque, &c.

### *Speculum.*

1. **S**peculum sunt res creata. Richard. Victor. Tractat. de grad. charitat c. 3. Integer amator Dei, quocumque se vertit, familiarem habet admonitionem amoris. Rebus

bus his pro speculis utitur, & in omne quod cernit, sui amatoris sibi resultat memoria. Aspicit cuncta quæ condidit, & quo condidit sine, & in his non tam admirabilis, quam amabilis sibi occurrit, atque ex artha dilectionis, quam præcontulit, sapienter æstimat, quantam reservavit in dotem, &c.

*Spēctaculum.*

1. *Spēctaculum est scriptura sacra.* S. Cyprian lib de spēctac. sacris scripturis in-  
sumbat Christianus fidelis, ibi inveniet con-  
digna fidei spēctacula, &c.

*Spolia.*

1. *Spolia sunt verba Dei.* Ps. 118. Lætabor  
sego super eloquia tua, sicut qui invenit  
spolia multa: in quem locum S. Greg. lib.  
18. Moral. c. 17. Eloquia Dei spolia idcirco  
vocata sunt, quia ad fidem Domini gentilitate  
transeunte, Judæi sacris eloquiis, quibus  
induti fuerant, exuuntur, &c.

*Spica.*

1. *Spica est homo.* S. Basil, Seleuciæ Episco-  
pus orat. 4. expendens illud Gen. 3. Co-  
gnovit Adam uxorem suam Evam: hinc ex-  
orta est natura spicas rationabiles germina-  
te, &c.

Plutarchus lib. Quemadmodum sentias te  
in virtute proficere, &c. Agricultores inter  
spicas vident cupidius illas, quæ inclina-

te sunt & ad terram vergunt: surrectas vero præ levitate inanes & fallaces ducunt. Ex adolescentibus item qui maximè casti sunt, nec pondus habent, ferociunt; ac gestum, incessum, vultum, habent contemptus fastidii-que plenum omnium despicientis, &c.

2 *Spica est discipulus* Procopius in cap. 17. *Isai*: spicæ nomine, ut ego quidem sentio, discipulorum cœtum intellexit.

### Sphæra.

2. *Sphæra cœlestis est Psalterium.* Cassiodorus de div. lect. cap. 4. Psalterium est quædam cœlestis sphæra, stellis densa micantibus, & ut ita dixerim, quidam pavo pulcherrimus, &c.

### Stultus.

3. *Stultus est avarus.* Ps. 48. simul insipiens & stultus peribunt. ubi Novatianus sched. l. 10. c. 22. id est, avari & à divitiarum cupiditate possessi: unde & subdit: Et relinquent alienis divitias suas, &c.

Agellius in Ps. 91. Stultus, qui divitiis opibusque suis fretus est, appellari solet in factis literis, ut Ps. 48. simul insipiens & stultus peribunt, & relinquent alienis divitias suas. Et in Evangelio: stulte hæc nocte animam tuam reperent, &c.

Idem ib. Salomon ut in Proverbiis pauperem insipientem intelligeret: Melior est

inquit pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quàm torquens labia sua & insipiens. Ac ne esset ullus dubitandi locus, cum eandem sententiam, ut solet, postea repeteret, apertissimè, quem loco citato insipientem dixerat, divitem appellat. Melior est, inquit, pauper ambulans in simplicitate sua, quàm dives in pravis itineribus, &c.

Oleaster ad cap. 32. Isai. Non vocabitur ultra is, qui insipiens est, Princeps, subdit: sumitur stultus pro divite avaro, cui in Evangelio dicitur: stulte hac nocte, &c.

Fulgent. lib. 2. Mythol. Midas, Græcè, quasi nihil sciens: avarus enim tantum stultus est, ut sibi prodesse non novit.

Theocrit. Idyll. 16. Insanis quid lucri est, si immensum intus aurum reconditum sit? Non hic pecuniæ usus est sapientibus, &c.

Quæceta in Diætet. Polyhist. c. 3. Qui laqueis avaritiæ irretuntur, insani proorsus sunt judicandi, & omni ratione sensuque carentes, &c. Horat. lib. 2. sat. 3. Quid avarus? stultus & insanus.

Aristoteles lib. 2. Meteor. cap. 31. Divitiæ nihil aliud sunt, quàm felix amentia.

Salvianus lib. 3. ad Eccles. Cathol. Quid sive tam stultum, sive tam perditum, quàm ut aliquis de suo non sibi consulat?



S. Valeria. hom. 20. Stultitiæ genus est  
 a'v' fecisse lucrum, & sibi parasse supplicium:  
 nam ita dicit Apostolus: Qui volunt divites  
 fieri, incidunt in tentationem & laqueum  
 diaboli, &c.

### *Stadium.*

1. *Stadium est vita præsens & futura.* Isid.  
 Pelusio. lib. 2. Ep. 24. In mundo præ-  
 sntam habebitis: perspicuum enim est, certa-  
 minum ac laborum stadium hanc vitam es-  
 se: coronarum autem & præmiorum futu-  
 ram, &c.

### *Stratum.*

1. *Stratum est corpus.* Ps. 40. Universum  
 stratum eius versasti in infirmitate eius.  
 quod exponit S. Maximus hom. 1. Beatus  
 est enim ille, cuius stratum Dominus in ip-  
 sus infirmitate convertit, ut qui fuerat pau-  
 lo ante iracundus, adulter, & petulans, &  
 sanctorum scelerum infirmitatibus plenus,  
 assuetum corpus eius malo versans Dominus,  
 faciat eum castum, humilem & mode-  
 stum, &c.

### *Suffocatio.*

1. *Suffocatio est scænis.* v. Funus II 1.

2. *Suffocatio est scænis.* S. Ambros. lib.  
 de Tob. c. 14. Habes in Exodo, quod si pec-  
 uniam sanctaveris pupillo, orphano, pau-  
 peri,

peii, apud te non suffocabis eum, non impones illi usuram. Ostendit, quid sit suffocare; id est, usuram imponere. Strangulat enim, & quod peius est, animam laqueat creditoris. Quo sermone & prædonis violentiam, & deformis modum mortis expressit, &c.

*Supplicium.*

1. *Supplicia sunt divitia.* S. Cyprianus lib. 2. Epist. 2. Suspirat ille in convivio, vigilat in pluma, nec intelligit miser speciosa sibi esse supplicia, auro se illigatum teneti, & possideri magis, quam possidere divitias, &c. v. etiam Vincula. n. 1. Carenæ n. 2. v. etiam Stultus n. 1. in fine.

*Sylva.*

1. *Sylva est scriptura sacra.* O quam mira est profunditas eloquiorum Dei! Libet huic intendere, libet eius intima gratiæ ducem penetrare. Hanc quoties intelligendo discutimus, quid aliud, quam sylvarum opacitatem ingredimur, ut in eius refrigerio ab huius seculi aestibus abscindamur? Ibi viridissimas sententiarum herbas legendo carpimus, utatando nominamus, &c.

**T.**

*Templum.*

1. *Templum Dei sunt Virgines.* S. Amb. lib. 2. de Virgin. Si corpus Virginis Dei templum est; animus quid est, qui tan-

quam membrorum cineribus excitatis faceret. Aeterni redemptus manu, vaporem divini ignis exhalat, &c.

### *Testes.*

1. **T**estes sunt virtutes. Simeon Junior in capitibus moralibus n. 174. Quod in pactis & conventis sunt testes, hoc in spirituali arthabone mandatorum executio & virtutes. Nam per hæc unusquisque salvandorum perfectum arthabonem obtinet, &c.

2. *Testes sunt membra peccatoris.* Hebræorum sapientes dicunt: membra ipsa peccatoris testes erunt contra ipsum, &c.

### *Tectum.*

1. **T**ectum spiritualis domus est spes. 1. Aedificium n. 1.

### *Thymiama.*

1. **T**hymiama sunt orationes. S. Richardus Ep. apud Surium 3. Aprilis. Cum viros Religiosos inviseret, vel ad ipsum venientes cum osculo sancto susciperet, dicere solitus fuit: Bonum est, ea deosculari labra quæ Thymiama SS. orationum Deo cum devotione oblatarum suaviter redolent, &c.

### *Thesaurus.*

1. **T**hesaurus est intelligentia S. scriptura. Petrus Bleffensis ser. 26, sub uno enim gortice triplex nucleus invenitur: scrutemur

ergo literæ parietem, & inveniemus thesaurum intelligentiæ desiderabilem, &c.

S. Cyrillus Alex. lib. 1. Glaphyr. in Genes. Scrutamini scripturas, Judaico populo Christus inelamavit, non aliâ ratione ad vitam pertingere posse quosdam, manifestè dicens, nisi veluti thesaurum quendam effodientes legalem literam; abditam in ea *Margaritam*, hoc est Christum peruestigent. &c.

Et in declarat. duod. cap. Hi qui sacre scripturæ verba acuto & puro oculo introspiciunt, utilitatis loco divinum quendam & cælestem ex illis thesaurum in animos suos recondunt. &c.

S. Aug. tract. 1. de Doct. Christ. The-saurus est magnus divinarum scripturarum, habens in se mirabilia præcepta & multa: tanquam multas gemmas, & pretiosa monilia, & vasa ingenia, & magni metalli. sed quis potest scrutari thesaurum istum, & uti eo, & pervenire ad omnia quæ ibi sunt. &c.

S. Chrysostr. lib. 2. de orando Deo. Quæ thesaurum à profundo scripturarum adducimus? non ipsum profundum attingentes sapientiæ; sed eo usque descendentes, quousque concedit Christus. &c.

S. Ambros. lib. 3. Ep. 10. Pulchrè David: Divites, inquit, eguerunt & esurierunt: quoniam cum haberent scripturarum thesauros cælestium, eguerunt, qui non intellexerunt, & esurierunt, qui nullum spiritualis gratiæ gustarunt cibum. &c.

2. *Thesaurus est sapientia* B. Laurent. Justin de humil. cap. 3. Sicut qui thesauros effodit terram reijcit, foveam in altum facit, & sedulus insistit donec inveniatur, quid quaerit: ita si quis thesauros sapientiae repetere desiderat, omne pondus terrenum à se abijciat, in se foveam humilitatis agat, nec quiescat, donec ad id pertingat, quod cupit. &c.

Hugo Carensis in c. 2. Prov. thesaurum, qui quaerit, terram reijcit: & sic qui sapientiam invenire vult, omnem amorem terrenum à suo corde debet reijcere, & fossam humilitatis in se facere.

3. *Thesaurus est pudicitia.* &c. S. Hieron. Ep. 9. Habes tui ordinis quas sequaris, Ananiam, filias Samuelis, quae diebus & noctibus versabantur in templo, & orationibus & jejuis thesaurum pudicitiae conservabant, &c.

### Thronus.

1. *Thronus hominis est mundus.* &c. S. Basil. Seleuciae Episcopus orat. 1. Mundi domicilium non sine singulari elegantia consummatum, atque in morem Throni Regalis exornatum, Regem expectabat: oportebat denique & hominem procreari, qui regali Throno conveniret, &c.

### Timor.

1. *Timor est Deus.* Oleaster in c. 31. Gen. ad ea verba: Et timor Isaac, seu ut ipse  
le-

legit, & pavor Isaac. addit: vocant Hebræi aliquando Deum pavorem, quod maximè sit timendus, quod forsitan à Chaldaeis mutuaverunt, qui frequentissimè Deum pavorem vocant, &c.

Levit. 9. Neque Deos fusiles facietis vobis. Chaldaeus: Neque timores constatiles facietis vobis. &c.

Pavor & timor olim habiti Martis filii, Arsenidormi in Onitoc. e. 35. Pavor & timor, quos aliqui vocant Martis filios, &c.

2. *Timor est idem cū silentio, v. silentium.*

### *Tormenta.*

1. **T**ormenta sunt divitiæ. Salvianus lib. 1. ad Eccles. Cathol. Non ipsæ divitiæ per se noxiæ, sed mentes malè utentium criminosa: nec ipsæ opes homini pœnæ causa sunt, sed de opibus sibi pœnas divites faciunt; quia dum uti divitiis benè nolunt, ipsas sibi divitias in tormenta convertunt, &c.

### *Trapezita.*

1. **T**rapezita hæretici sunt, Synesius Ep. 5. Trapezitas malos, qui velut monetam ita divinum verbum pervertunt, & adulterant, &c.

### *Trophæum.*

1. **T**rophæum est jejunium. v. signum  
n. 1.

*Tribunal.*

1. **T**ribunal est anima. v. Equuleus  
n. 2.

2. *Tribunal est conscientia.* S. Aug. ser. 3. ex novis: Peccatum tuum judicem te habeat, non patronum. In tribunali mentis tuæ ascende contra te, & reum te constitue ante te. Noli te ponere post te; ne Deus te ponat ante se, &c.

*Tritura.*

1. **T**ritura est vita mercatorum. Salvia. lib. 4. de gubern. Dei, vitam negotiantium appellavit trituram mendacii.

*Tunica.*

1. **T**unica est ambitio. Julian. Imp. orat. 2. Paucis admodum contigit, ut extremam, ut ita dicam, tunicam ambitionis exuerent, &c.

*Turris.*

1. **T**urris est vir probus. Theognis Græcus; Vir bonus, qui est levi populæ arx & turris, peccatam refert gratiam, &c.

2. *Turris est vir doctus.* Hugo Carenfis in c. 4 Cant. Ruit turris non in solam sui perniciem, sed totius civitatis: Turris enim captâ vel dirutâ de facili tota civitas expugnatur: ita cœtu Doctorum ruente in peccatis tota civitas Ecclesiæ patet hostibus.

3. *Turris, Angelica est custodia.* Puto autem (ait Gregor Nicænus hom. 7. in Cant.) eam turrim clypeorum multitudinem significare Angelicam custodiam, quâ circumsepti sumus, &c.

4. *Turris est B. Virgo.* Philippus Abbas lib. 1. in Cant. cap. 21. expendens illud: Filii matris meæ pugnaverunt contra me Cant. 1. ait: Filii matris sunt Judæi, qui obliti fœderis fraterni, sororem MARIAM gravius afflixerunt, cum filium eius cruci linguis porrius vipereis, quàm clavis ferreis affixerunt, Judæi JESUM tradunt Judici, Judex militi, clamor personat insuavius, & eum crucifigunt; isti linguis perstreperantibus, ille clavis. Et quid nisi hæc omnia contra Virginem debacchantur? Furiosè tubicinant, patientiæ mœnibus colluctantur, *Turrim constantia.* gravi ariete impetunt & oppugnant: immotam quatunt, sed objectu gratiæ non expugnant, &c.

5. *Turris est mens humana.* Procopius in cap. 1. Isaia: Turris autem excelsa ipsa est ad urbis salutem, hostiùmque prospiciendum accessum comparata specula; qualis quæ nobis à Deo ad bonarum rerum observationem malarùmque vitationem collata mens est. Eam verò non decet de reddito sibi in cœlum terrenis rebus parando laborare, &c.

6. *Turris est scriptura sacra.* Sancta scriptura (ait Rupertus lib. 3. de victoria verbi



c. 3. ) turris vera, & verè pertringens usque ad altitudinem cœli construenda est, Sacramenta continens jam dictæ promissionis, &c.

7. *Turris est mundi superbia.* Isidorus superbiam appellat turrim Babel, cuius hæc verba refert Glossa ad cap. 11. Gen. Turris mundi superbia, &c.

Petrus Blessensis serm. 26. loquens de superbia: Hæc est Turris in Siloa, quæ cecidit super decem & octo viros qui eam ædificabant. Hæc est superbia natione cœlestis, &c.

8. *Turris est charitas.* v. *Ædificium,* &c.

## Tuba.

1. **T**uba est vir Apostolicus & doctus. v. Palatium n. 1.

2. *Tuba est Concionator.* Hugo Carenensis in Ps. 44. Tuba per quam designatur prædicator, non resonat; nisi vacua: & Prædicator debet esse vacuus per humilitatem, perque rerum terrenarum neglectum, &c.

## Tyrannus.

1. **T**yrannus est amor divitiarum. S. Isidor, Pelusiota lib. 11. Ep. 233. Eos quos ceperit (pecuniarum amor) Tyranno quovis acerbis torquet, & excruciat, in eos insultans; ac præcipuas partes attingens, ac ne tantillum quidem interquiescere sinens; verum graviores ipsi poenam inferens, quam ij

suant, qui ad metalla (quæ atrocissima pœna est) damnati sunt, &c.

*Typanum.*

1. **T** *Ympani allegorias* vide ap. Engelgt. Cœli P. 2. t. 287. & seq.

**V.**

*Vas.*

2. **V** *As pretiosum Hebraei legem* appellant, inter alios Rabbi Achivah in Pirke-avoth c. 3.

1. *Vasa mortis sunt heretici*: sic eos appellat S. August. in Psalmum 7. & addit: Quorum morte filii Catholicæ Ecclesiæ, tanquam quibusdam spinis à somno excitantur, ut ad intelligentiam divinarum proficiant scripturarum, &c.

*Venatio.*

1. **V** *Enatio est elemosyna.* Hieron. Ep. 2. ad Nepotianum: sunt qui pauperibus paulum tribuunt, ut amplius accipiant; & sub prætextu elemosynæ quærunt divitias: quæ magis venatio appellanda est, quam elemosynæ genus. Sic bestię, sic aves, sic capiuntur & pisces: modica in hamo esca ponitur, ut matronarum in eo sacculi protrahantur, &c.

2. *Venatio est virtutis studium.* Isidorus Glorius ad illud Ps. 33. Inquire pacem & per-

sequere eam, ait: inquire pacem, & prosequere eam; quam scilicet si non studiosè quaras, atque accèdè tanquam venator, feram totis viribus persequàre, frui eà non licebit, &c.

3. *Venationis allegoria* ap. Engelgr. Cœ. li P. 2. f. 581. & seqq.

Huc illud refert Cyrilli Alex. in Gen. lib. 9. Diligebat Isaac Esau, quia eius venatio, cibi ei erat. Diligebit nos magis Deus, si virtutum nos venatores intuebitur, &c.

### *Veheculum virtutum.*

1. **V**ehiculum virtutum est sacra scriptura. vide *Quadriga*.

### *Venenum.*

1. **V**enenum est avaritia. S. Maximus hom. 1. de Pass. Habemus Dominum JESUM, qui nos passione suà liberavit, in ipsum aspiciamus semper, & ipsius signo speremus nostris vulnibus medicinam: si fortè in nobis venenū avaritiæ se diffundit, ipsum consideremus, & sanat, &c.

2. *Venenum est inanis gloria*, Victor Antiochenus in c. 1. Marci. Nec quod inanis gloriæ venenum, aut humanæ laudis studium in animos nostros irrepit, &c.

3. *Venenum est usura*. v. *Morsus n. 1.*

4. *Venenum est vitium*. vide *Antidotum B. 1.*

5. *Venenum est cupiditas, &c.* S. Aug. lib. 83. qq. q. 36. Venenum charitatis est cupiditas, &c.

6. *Venenum est odium.* B. Isaias Abbas orat. 6. Quemadmodum virus in totum illius corpus diffunditur, qui morsus est à scorpione, & ad cor usque pertransit: sic quem odium occupat, veneno perfunditur, & animus eius ab eo vulneratur, &c.

### Vestēs.

1. **V**estēs ferrei sunt Dæmones. v. Porta n. 4.

### Vestis.

1. **V**estis intellectūs est doctrina.

2. *Vestis affectūs est disciplina.* Hugo Carenensis in cap. 31. Proverb. Doctrina vestis est intellectus: Disciplina vero affectūs, qua veste duplici vestitur anima, contra frigus infidelitatis, & peruersitatis, &c.

3. *Vestis est sapientia.* De Christi vestimento S. Maximus hom. in Dom. Palmarum: Vestimentum eius, quod non erat confutum, sapientiam eius cœlestem possumus appellare: quia erat de superiore contextum. Nostra enim sapientia, hoc est, humana confuitur: adfuitur enim, cum liberos damus ad studia Grammaticis, tradimus Philosophis, & studemus nos, ut sapientia in illis, quæ non

erat, acquiratur. Domini autem sapientia non alluta est, non quaesita, &c.

Haymo ad illud Agæi c. 1. Oportuit vos & non estis calefacti: Oportuit & ex calore non foveretur, qui divinam sapientiam, quam ornatur, & à malitiæ fugore defendatur, accipit; sed tepidè & desidiosè eam exequendo, caloris illius gratiâ privatur, &c.

Aug. in Ps. 44. omnis gloria eius filix regis ab intus. in fimbriis autem aureis varietas linguarum, doctrinæ Deus. Ista quid profunt, si non sit pulchritudo intrinsecus, &c.

4. *Vestes sunt opera bona.* S. Basilii in c. 10. Matthæi: Arbitror spirituales vestes texti, cum verbo doctrinæ consequens actio implicatur: quemadmodum stamini implicatur subtegmen, dum corporalis vestis textitur: sic verbo præsubistente, si consequenter actiones inducantur, venustissimus amictus animæ confici potest, quæ & verbo & opere virtuosam vitam completam habet, &c.

5. *Vestes sunt S. scriptura dicta.* S. Ambrosii lib. 7. in Lucam. Vestimenta eius alia furtum, & fortassisè vestimenta Verbi sermones scripturarum, & quædam intellectus indumenta divini: quia sicut ipse Petro, Joanni & Jacobo in altera specie apparuit, & vestitus eius albus refulsit; ita & oculis tuz mentis jam divinarum lectionum sensus albefcit. Fiunt igitur verba divina sicut nix,

vestimenta verbi candida nimis, qualia fullo super terram facere non potest.

6. *Vestes sunt mandata divina.* S. Chrysof. hom. 5. ad populum Antioch. Quoniam & aureum vestimentum pulchrum quidem est, etiam cum videtur: multò pulchrius autem nobis videbitur, nostro circumpositum corpori; sic & Dei mandata pulchra quidem sunt, etiam cum laudantur; multò autem pulchriora, cum & explentur, apparent, &c.

7. *Vestes sunt hæreses.* Ad illud Matth. 10. Nolite possidere aurum neque argentum, neque duas tunicas. S. Hilarius cant. 6. Non duas tunicas: sufficit enim nobis semel Christus indutus, néve per pravitatem intelligentiæ nostræ, alterâ deinceps vel hærescos vel legis veste induamur, &c.

8. *Vestis est virtus.* S. Isidor. Pelusio, lib. 5. Ep. 106. omnia velut umbras & somnia reputans, virtutem cole, quæ de possessionibus vestis est minimè veterascens, &c.

9. *Vestis est oratio, &c.* S. Chrysof. hom. 1. de peccat. Quod si amictus hominis, pedum gressus, & risus dentium, quæ in eo ce-  
lantur intus, retegunt sapientis Salamonis sententia, multò magis precatio Dei, quæ cultus justitiæ argumentum, cum illa vestis quædam sit spiritualis ac divina, quæ mentes nostras magno decore ac pulchritudine induit & exornat, &c.

10. *Vestis sunt actiones humanae.* S. Asterius hom. 3. adversus avarit. suis quisque factis quasi veste quadam amictus est, sive splendidâ illâ ac pretiosâ, sive vili ac pauperimâ. Nec exuere eam fas, & aliâ permutare, nec omninò, vel ex dono vel composito, judicii tempore exornare, &c.

11. *Vestis est misericordia.* ad Coloss. 3. Induite vos ergò sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, &c. ad quem locum S. Chrysost. hom. 14. in Ep. ad Rom. Neque enim simpliciter dixit: Misereamini, sed induamini: videlicet ut quemadmodum vestis una vobiscum semper esse solet, ita sit & misericordia, &c. & mox: dixit misericordiæ viscera, nimirum ut naturalem imitemur pietatem atque necessitudinem, &c.

12. *Vestis est virtus.* S. Nilus capitul. Patrum. Virtus Dei indumentum est: hanc contexe, & ornaberis stolâ Dei, naturam humanam induentis, &c.

13. *Vestis est sapientia.* S. Nilus institut. ad Mon. Sapientiam, non argentum possidete, præclarum Christi Domini nostri vestimentum, omni veste purpureâ splendidius induite. Nam in die mortis nihil divitiæ proderunt.

14. *Vestis est ambitio.* v. Tunica n. 1.

15. *Vestis Christi est Ecclesia.* S. Bern. serm.

de 4. modis orandi: Extremum in Ecclesia, quæ est vestis Christi, cum inquam, qui elegit abjectus esse in domo Dei, oportet considerare: quoniam is verè est simbria posita in ora vestimenti, &c.

16. *Vestes sunt virtutes.* Englgr Cœli P. 2. f. 652.

*Vexillum.*

1. **V***exillum est jejunium, &c.* v. signum n. 1.

2. *Vexillum est vestis.* Augustus Cæsar teste Suetonio dixit: Vestis insignis vexillum est superbix, & nidus luxuriæ.

*Via.*

1. **V***ia est sermo.* Agellius in Ps. 38. Neque verò tenere exponitur via pro verbis atque sermone, sed ex 70. seniorum auctoritate, &c. qui in Prov. c. 16. os, pro via transtulerunt. Et in Ps 138. ad illa verba: Et omnes vias meas prævidisti, sic ait Agellius: Fortasse vias suas intelligit, verba sua, &c. iisdem authoribus probari potest, quos Interpretes sequimur; ii enim in Proverb. c. 16. ubi nostra editio habet custos animæ suæ servat viam suam, pro via sua, os suum transtulerunt, &c.

2. *Via regia est sapientia.* Philo lib. Quod Deus, &c. Sine dilatione ingrediamur in viam Regiam, quotquot præter undas res terrenas ducimus. Est autem via Regia, cuius  
potest



potestatem nemo privatus, habet; sed solus ille, qui solus est verus Rex. Hæc est autem Sapientia, per quam solam supplicibus animabus, ad illum ingenitū patet refugium, &c.

3. *Via est Christus.* Ipse de se apud Joan. Ego sum via. Aug. in Pl. 125. Idem redemit nos ut non audeat hostis insidiari nobis, si de via non recesserimus. Ipse enim Christus factus est via. Vis non pati latrones? ait tibi: Viam tibi stravi ad patriam: noli de via recedere; talis viam munivi, ut latro ad te non audeat accedere: tu ab illa noli recedere, & latro ad te non audebit accedere. Vide & n. 6. in fin.

4. *Via est vita hominis.* S. Fulgent. serm. 5. de Epiph. Ad Regionem Sanctorum tota cordis devotione tendamus, nec teneamus viam veteris vitæ, sed divinis mandatis humiliter obsequentes viam mutemus, & in qua præcepit Dominus ambulemus, & post pauca: Via enim hominis est vita eius, qui male vivit, viam tenet erroris. Qui bene vivit, per viam graditur veritatis. Qui viam tenebat avaritiæ, teneat viam misericordiæ: qui ambulabat per viam fictionis, viam teneat nunc puritatis, &c.

5. *Via est lex Domini.* Abbas Abraham apud Cassian. collat. 24. c. 25. Habet refrigerium via Domini, si secundum legem ipsius teneatur: sed nos sumus qui dolores nobis atque tormenta turbulentis distentionibus procuramus: dum malimus vias seculi

culi huius pravas atque perverſas etiam cum ſummo diſcrimine ac difficultate ſectari, &c. Eſt poſt pauca: Reverã ſi comparare volueris ſplendentem virginitatis ſtorem, & ſuaveolentem caſtimonie puritatem; tectis ac ſceditis libidinum volutabris: quietem ſecuritatẽque Monachorum, periculis & ærumnis quibus mundi huius homines implicantur; paupertatis noſtræ requiem edacibus divitum triftitiis ac pervigilibus curis, in quibus non abſque ſummo vitæ periculo diebus ac noctibus conſummuntur: ſuaviſſimum jugum Chriſti, onũſq; leviffimum facillimẽ comprobabis, &c. Tunc illud Nov. l. 4. ſched.

*Verte Iter, occurret Reti; qua verſio clamat.*

*Pravorum vita Retis ad inſtar Iter.*

6. *Via ſunt Propheta.* Theodoretus in cap. 6. Jerem. Quemadmodum enim una eſt via, quæ ducit ad maximas urbes, quam Regiam appellare ſolemus; ad hanc porro ſemitæ quædam à pagis & agris deſtuentes dirigunt: ſic una eſt via, quæ ducit ad Patrem, nempe Unigenitus filius Dei, & Beati Prophetæ veluti ſemitæ quædam, &c.

7. *Via ad cælum ſunt pauperes.* S. Aug. ſerm. 25, de verbis Domini: Via cœli eſt pauper; per quam venit ad Patrem.

8. *Via eſt vita.* S. Valeria, hom. 2. *Æſtimate*

mau non potest, quantum impediunt viam  
vitæ, vitia indisciplinatæ linguæ, &c.

*Vita.*

2. **V**ita quibusdam est pecunia. Pindarus  
in Isthmicis hymno 2. Vita pecu-  
nia est, &c. S. Maximus hom. de Juda.  
Post redditum pretium, laqueo se suspendit,  
ut qui se multaverat pecunia, multaret & vi-  
tâ, &c. addit Novar. innuens avari animam  
pecuniam esse, ut pecuniæ redditione vivere  
non possit, &c. vide etiam Anima n. 1. san-  
guis n. 1.

*Viaticum.*

1. **V**iaticum est pecunia. S. Ambros. Ep.  
44. Quid homini pecunia sua: nisi  
quoddam viaticum est? multa operi, mode-  
rata usui: viatores sumus vitæ huius, &c.

2. *Viaticum sunt bona opera.* S. Ephrem  
Syrus in Cantico. Da animæ tuæ bonorum  
operum viaticum, quamdiu locus datur via-  
tico, &c.

3. *Viaticum est oratio.* B. Basil. Seleucien.  
orat. 21. Quod si Apostoli precationis opera  
non excutiunt; sed perpetuis rerum uibus  
necessariam supplicationem ostendunt, quan-  
tum nos crimen incurrimus, qui per incuriam  
hoc tam salutare projicimus viaticum. Ne-  
que enim peccatoribus viaticum est: justis  
verò magis disconveniens, &c.

*Victima.*

1. **V**ictima est jejunium. Prudent.  
hym. 7.

*Adesto castis Christe parsimoniis.*

*Festumque nostrum Rex serenus aspice.*

*Jejuniorum dum litamus victimam, &c.*

*Villicus.*

1. **V**illicus populi est Imperator. ita eum  
vocat Lampridius.

*Vincula.*

1. **V**incula sunt divitiæ. S. Chrysoft.  
hom. 13. in Ep. 1. ad Corinth. Quan-  
do divitiis fuerimus alligati, quomodo vince-  
mus adversarios? sunt enim manuum vincu-  
la his, qui uti nesciunt.

Idem hom. 14. in Matthæ. Cum videris  
divitem infinitis rebus circumdatum, noli il-  
lum propter illa vocare locupletem, sunt e-  
nim vincula. Præter illa autem vincula ha-  
bet custodem carceris severiorem, pravum  
scilicet amorem pecuniarum. &c.

S. August. Serm. 25. de verbis Domini.  
Patrimonij tui quo es ligatus, compedes in  
hac vita resolve, abijce à te divitiarum onera,  
abijce vincula voluntaria &c.

S. Nilus Orat. de avarit. Avarus in cæ-  
lum conscendens, huic similis est, qui pede-  
bus suis vinculo constrictis currere conatur.  
&c.

Vide etiam Fornax n. 1. Supplicium n. 2. Catenæ n.

Huc illud Tertull. de cultu sœm. c. 101. Aurum ipsum cuius vos gloria occupat cuiusdam genti ad vincula servire referunt. &c.

### Victoria.

1. **V**ictoria est veritas. S. Isidor. Pelusio. l. 5. Ep. 401. Lubens volens veritatem honorans malim vinci, quam mendax vincere, vera etenim narrans, & si vinci videar, vinco. Solo verò malo superans, tametsi vicisse videat, victus ab eo, &c.

### Vivarium.

1. **V**ivarium est claustrum Religiosum. B. Pet. Damian. lib. 2. Ep. 18. ad Cardd. S. Bern. serm. de S. Andrea. S. Atham. in vita S. Anton. apud Engelgrave Cœli P. 2. f. 732.

### Vox.

2. **V**ox est vir Apostolicus & doctus. v. Palatium n. 1.

### Vulnus.

1. **V**ulnus est avaritia. &c. Theodoricus 9 apud Cassiod. lib. 1. Var. c. 30. Si verò tanti facinoris rerum fide malus Dominus iudiciis præsentare distulerit, noverit se 10. libratum auri dispendio vulnerandum, & nostræ ingratitude, quod multo gravius est, pericula subiturum, &c.

Torenius in c. 10. Isaiaë. Verbum Hebraicum *vulnerare*, significat & exuere avaritiam, quæ tanquam gladius hominem vulnerat, & illius sanguinẽ exsugit, & substantiã absumit, &c.

Petrus Chrysol. serm. 28. Ecce quare ad Matthæum venerat Christus: ut avaritiæ curaret vulnera, &c.

S. August. in Ps. Itaque fraudator pecuniæ, verbi gratia dum cupit alium damno lacerare, ipse avaritiæ vulnere lauciatur, &c.

Fulgentius lib. 1. de Mercurio: Mercurium dicunt præesse negotiis, virgam ferentem serpentibus nexam: ob hoc quod mercatoribus det aliquod regnum, ut sceptrum; & vulnus, ut serpentium, &c.

### Umbraculum.

1. **U** *Umbraculum est Deus.* Rabbi Chaninah; Dominus Deus ipse suum populum custodit; sui populi defensor & umbraculum est, &c.

### Umbra.

1. **U** *Umbra est proteſſio.* Petrus Blessens. Ep. 5. Ubi sub umbra vestri nominis magnificari & extolli speraveram; ibi impropenum exspectavit cor meum & miseriam, &c.

2. *Umbra est honor.* Poëta quidam sic: *Umbra honor est: veterum sic vox est prisca sophorum:*

Hoc omnis docuit turba severa Stoa.  
Et claudit.

Quod si honor ipse umbra est, quid hono-  
ris spes? minus umbrâ est.

Umbra finge, umbra spes id honoris e-  
rit. &c.

### Unguentum.

1. **U**nguentum est patientia. Gilb. ser. 32.  
In Cantica. Patientiæ beneficio, ac si  
unguenti quodam mitigatorio etiam quæ il-  
lata sunt nō sentiuntur. Efficax & utile omni-  
no unguentum animum ab injuria tuetur &c.

2. Unguentum sunt tormenta. S. Probus, ut  
in eius Actis, dicebat: Corpus meum ante vos  
est, mihi autem tormenta unguentū sunt, &c.

### Unctio.

1. **U**nctio est paupertas. Laurent. Just. c. 1. de  
paupertate: Paupertas spiritus est quæ-  
dam manu ductrix in via, quæ ducit ad cælū:  
unctio athletica; est quoque portus tranquilli-  
tatis, nutrix confidentiæ, perfectiōis porta, &c.

S. Chrysoft. hom. 16. in Ep. ad Heb.  
Tantum bonum est paupertas; est enim quæ-  
dam deductio ad viam, quæ ducit ad cælum;  
unctio athletica, magna quædam & admira-  
bilis exercitatio, portus tranquillus, &c.

## Z.

*Zodiacus.*

1. **Z**odiacus sunt Apostoli. Anastas. Sinaita lib. 4. Hexameron, Zodiacus circulus Ecclesie, nempe duodecim stellarum Apostolicarum : habet enim Virginem stellam Ecclesie, nempe Virginem, & eos qui seiplos castraverunt propter regnum cœlorum, &c.

**F I N I S.**

